



# **Isagoge in excellentissimi Philosophi Arnoldi de Villa Nova, Rosarium Chymicum,**

<https://hdl.handle.net/1874/451838>

3

Ifagoge in ex-  
cellentissimi Phi-  
losophi ARNOLDI DE VIL-  
LA NOVA, Rosarium  
Chymicum,

Per Adamum a Bodenstein  
artium & medicinæ Docto-  
rem, paraphrastice &  
magna diligentia  
tradita.

EPISTOLA OPERI PRÆFIXA  
ad Amplissimos & generosos do-  
minos, dominos Fuggeros, in qua  
argumenta Alchymiam infirman-  
tia & confirmantia adducuntur, qui-  
bus & eam artem esse certissimam  
demonstratur, lapisq; uerè in-  
uentus ostenditur.

Exo filiogonis  
in p[re]ceptis et  
in p[re]ceptis et  
in p[re]ceptis et  
in p[re]ceptis et  
in p[re]ceptis et

in p[re]ceptis et  
in p[re]ceptis et  
in p[re]ceptis et  
in p[re]ceptis et  
in p[re]ceptis et  
in p[re]ceptis et

in p[re]ceptis et  
in p[re]ceptis et  
in p[re]ceptis et  
in p[re]ceptis et  
in p[re]ceptis et  
in p[re]ceptis et

3

POTENTISSIMIS  
ET GENEROSIS DOMI-  
NIS, DOMINO ANTONIO,  
D. IOANNI IACOBO, D. GEOR-  
GIO, D. HVLDRICO, FVGGARIS,  
Dominis in Kirchberg &  
Weyßenhorn, Comiti-  
bus, & Dominis  
suis clementis-  
simis.



ERISSIMVM  
illud senis De-  
meæ apud Co-  
micum esse, ipsa  
re experior:

Nunquam ita quisquam bene subducta rac-  
tione ad uitam fuit,  
Quin res, ætas, usus, semper aliquid appor-  
tet noui,  
Aliquid moneat: ut illa, quæ te scire credas,  
nescias,

Et quæ tibi putaris prima, in experiundo  
repudies.

Quod & mihi nunc euenit  
hoc tempore, Generosi & am-  
plissimi Comites, ac domini  
mei clementes. Nam ab ineun-  
te ætate, res naturales occul-  
tas & præclaras quodam inna-  
to amore persecutus sum: ipsa  
rumque preceptiones, causas, ef-  
fectus quoad licuit, inquisui,  
nec mihi uisus sum inanē pror-  
fus operam nauare: in multis  
enim reperio præstantissimos  
ac penè diuinos usus. His stu-  
dijs uarijs & difficultibus, dum  
operā do, nullius in uerba(ut  
studiosus facere debet) iura-  
tus, sed quocūque ratio, animi que  
feruor(permittente ac consen-  
tiente

tiente sacrosancta Theologia) me uocabat, deferebar hos-  
pes, ac uaria in loca & pericula  
incidebam. Aliquoties inue-  
stigans uaria, casu perueni in  
quādam tractationem rerum  
mirabilium, quam appellant  
Alchymiam, semper mihi su-  
spectam, quasi multum mali  
in ea latitaret: præcepta eius  
quandoq; sedulò cùm exami-  
nare conferendo, uehemen-  
ter dissentire uidebātur, ac dis-  
solutas scopas proponere: Fi-  
nem quidem proponunt sibi  
unum, nempe metallorū dete-  
riorum in meliora commuta-  
tionē, at in rebus, nominibus,  
ordine, uasis, modisq; agendi  
talis & tanta uarietas, & dissen-

sio, ut persuasus sim, uniuersam illam tractationē ( quam illi artem esse putant ) confusum esse quoddam chaos, nugas aniles, nænias, præstigias, & meras fallacias : ænigmatibus sua docent, quæ, ne ipsi uidentur intelligere: quod reliqua facile testatur, quæ communī phrasī sunt tradita: Non nulla enim ipsorum, uerbis, ordine, instrumentis, modisq; faciendi diligentissimè obseruatis, experiūdo, turpiter deceptus sum meo incōmodo: falsa pro ueris, ignota pro notis offerunt ac profitentur. In omni uerò arte debet esse constantia, certus ordo, consensio in rebus & nominibus, præcepitionum

ptionum cohærentia, modus  
agendi uerus & planus, non  
ambiguis rebus & uerbis, aut  
aperte falsis conscriptus.

Hanc meam non temerē con-  
ceptam opinionē aliquot im-  
postores Alchymistæ, homi-  
nes miseri, in tam diuite arte,  
Iro Codroꝝ pauperiores, ru-  
more de ipsis sparso, & omniū  
disciplinarum examine & fun-  
damento, experientia, confir-  
mabant. Semel enim atque  
iterum casu ubi incideram in  
ipsos sophistas, miris impostu-  
ris me excepérunt, ac illusum  
dimiserunt; unde uehementer  
mirabar, Principes reliquosꝝ  
magistratus tales homines re-  
tinere in suis Rebus publicis,

qui præter id quod mentiantur, homines bonos & simplices reuocant & abstrahunt à ueris honestisq; laboribus ad spelūcas, fumos, fuligines, cineres, tenebras, & fœtores pessimos, ubi ueluti in tartaro pereunt: Cudunt nummos adulterinos, ut Plutonis ministri: falsa metalla conficiunt, opesq; Reipublicæ perdunt, qui loco auri & argenti non carbones reddunt, uerùm fumos miserrimè oculos pūgentes, cerebrum perturbātes, fœtores intolerabiles, squalores, morbosq; incurabiles: in quibus ostendunt, facies ipsorum auri adulterini colorem, quasi artis semper & pudeat, & conscientia

Scientia mordeat ipsos, profi-  
tetur magna, & summa ostend-  
tatione asserunt, se alios effe-  
cturos ditissimos, quum tamē  
ip̄i non tantum habeant (nisi  
aliquando suis præstigijs ali-  
quid adepti fuerint) unde la-  
queum sibi comparent, O mi-  
ram cæcitatem & miseriam co-  
gitabam saepius: Remq; paula-  
tim magis magisq; cœpi ani-  
mo uoluere, non quod mihi  
aliqua spes in ipso negocio fo-  
ret, sed perpenderem & inqui-  
rerem eius tractationis causas  
diligentius, quæ uidebantur  
arti omnino repugnare, ac ē  
medio eā tollere: Nam, quod  
solius Dei & ipsius instrumen-  
ti nature, est opus, isti asserent

se effecturos, cùm tamen nemo hominum ipsas substanzias naturalésque formas arte cōsicere possit (quales isti somniant, se in metallis facere nouisse) quia hæc sunt substanziae & naturæ, non accidentia: Quare summus Philosophorum Aristoteles cum reliquis adserit, naturam homini materias tanquam subiecta tradere, in quibus homo imprimit & inscribit figuræ & formas non per se existentes, quæ sunt in quarta specie qualitatis.

Sí igitur arte argentum aut aurum fit, necessariò est artificiosum, informatum forma accidentalì, quæ potest auferri permanente auro, & erit aurum

rum absque auri forma, quod  
est absurdissimum.

Præterea, Deus omniū for-  
marum uera causa, iussit, ut sin-  
gulæ formæ sibi similes pro-  
ducerent, Non ut homo eas ef-  
ficeret, qui iubetur suo labore  
& sudore quærere uitum, nō  
ocio & mendacijs omnium re-  
rum abundantiam affectare,  
Aiunt hi, se exiguo nescio quo  
puluere, magnam metalli mo-  
lem posse trāsmutare in quod  
uis metallū, quasi uno die ua-  
leant regum opes comparare,  
Quod dum conantur præsta-  
re, perducuntur ad diuersa pe-  
ricula: Nam & radicem omni-  
um malorum (ut diuus Pau-  
lus inquit) quærunt.

At hæc

At hæc Deus, cuius man-  
data omnes obseruare debe-  
mus, prohibet, diuersas ani-  
maliū species cōiungi & com-  
miseri, ne animalium formæ  
à Deo, certo constitutæ nume-  
ro, confundētur; Hi uerò non  
solùm miscent, uerūm etiam  
conāturi, ipsas uiuas & natura-  
les formas sua manu per rem  
paruam quasi quintam essen-  
tiā, siue naturam ex ethaëre,  
contra naturam & Dei man-  
datum uiolenter detractā, ua-  
rias pro animi arbitrio indere.

Hæc & similia mecum per-  
pendens, in dies magis ac ma-  
gis ab hac falsa fictitia & fero-  
ce arte tanquam condemnata  
humanis & diuinis literis, ab-  
horre-

horrebam, & recte Ecclesiastē  
ipsoſ Chymistas reprehende-  
re, ubi inquit, Labor stultorū  
affligit eos: Stulti enim uiden-  
tur, quod sāpius falsi non resi-  
piscāt, & alioſ decipiēdo ſem-  
per pergaunt, proponunt ſibi  
ea, quae fieri nequeunt: Et ars  
ipſa uidebatur ſcientia ea, quā  
idem Ecclesiastes ait, hominī  
datā, ut in ea affligeretur: Nun  
quam nam tales, ſunt animo ſe  
dato & quieto, rodens uermis  
mordet ac edit ipſorum cor,  
qui quærunt ſupra uires ſuas.  
Rationibus equidem hiſ atq;  
alijs ductus, totam hanc traſta  
tionem tanquam fallacem, ab-  
ſurdam, ſiue cōtra naturam &  
impiam abieci, nec ullis argu-  
mentis

mentis ab hac sententia abdu-  
ci potui. Anno autem supe-  
riori, uir eruditione, prosapia,  
omniq; uirtutum genere nobi-  
lissimus, inter alia cœpit mecum  
loqui de Alchymia, eamq; ar-  
tem esse difficilē, attamen præ-  
clarā & ueram, Cui nimis in-  
ciuilater respōdi: Alchymistas  
ueras nugas & imposturas tra-  
ctare, qui dolo, ueneno, pro-  
missionibus fallacibus, mendi-  
citate, bonis & imprudentio-  
ribus turpissimē imponunt,  
dum persuadere student lapi-  
de, aut Mercurio, metallorum  
transmutationem fieri posse,  
sc̄q; artem illam commutandi  
tenere: Ipse ubi me pro sua sin-  
gulari modestia, humanitate  
& pru-

& prudentia admonuisset, ac  
reprehendisset, ait, Arbitrari  
ne (quæso) uiros tot tamq; ex-  
cellentes Philosophos, Medi-  
cos, Iurisconsultos & Theolo-  
gos clarissimos, constantes, fi-  
dos, ueritatisq; inquisidores  
diligentissimos, talia de hac ar-  
te unquam uoluisse scribere,  
hominibusq; tam sancte affir-  
mare uera esse, ipsisq; obtru-  
dere, nisi fuerint experti: Iudi-  
cas (obsecro) tatos uiros men-  
dacia nectere de hac re, qui de  
reliquis uera tradiderunt: Et  
qui nihil ex mendacijs cōmo-  
di, sed plurimum incommodi  
haberent: quod contra Deum  
& naturam ageret, Quid ex-  
empli gratia dicam de Arnol-  
do: qui

do: qui in suo Rosario & Epistola ad Regem Arragonum, sine dubio Lapidem Philosophorū, recte (ut expertus) descripsit, rationemq; præparandi ipsum diligentissimè tradidit, cui in Medicina totaç; Philosophia multū tribuis, Non debes certe in hac re, ipsum existimare impostorē & mendacem. An non (ut dereliquis taceam) ætate nostra, Henricus Cornelius à consilijs diuo Imperatori Maximiliano, & haud uulgaris, in libro de Scientiarum uanitate, capite nonagesimo, testatur, se nouisse tale Philosophici lapidis subiectum, quod pulcherrimè eodem loco describit: Imò alibi aperte

apertè dicit, se artem scire extrahendi Quintam essentiam auri, qua aurum ex quo quis metallo efficere possit: Certè ego statuo hūc lapidem, magnum Dei esse donum, nec cuius diligenterissimè laboranti contingere: Largitur enim sua dona quibus & quando uoluerit.

Hos, licet falsa tradidisse nō audebam dicere, quia rationibus id probare nequius, tamē ipsa esse planè uera, non potui animum inducere meum, Et hac instructione domini ac singularis amici mei aliquantum motus à priori sententia, & quæ putabam me certo scire, de ijs nunc incœpi dubitare.

Paulò pōst uenit ad me phi-

b

Iosophus doctissimus, compa-  
ter meus charissimus, Ioannes  
Acronius Phrysius, hoc tem-  
pore mathematicus Basilien-  
sis, multos iam annos mihi cō-  
stanti & intima amicitia iun-  
ctus, cui omnia quæ dignissi-  
mus & prudētissimus illustris  
simi, sapientissimi pīetissimiq;  
domini, domini Caroli Mar-  
chionis Badensis, clementissi-  
mi mei Principis consiliarius,  
Ludouicus Vuolphgang ab  
Hapsberg & ego contulimus,  
ordine narrabam, addebamq;  
(ut ipse nouit) causas, quæ im-  
pedirent me, quo minus tam  
perito & prudenti uiro non  
crederem hac in re, qui aliquo  
ties coram maximis uiris non  
sine

sine aliquorū offensione hanc  
artem contempsi & irrisi meo  
malo (quātum ad externa bo-  
na) quoniam fui semel atque  
iterum non exiguo stipendio  
inuitatus, ut artem Alchymi-  
cam, mihi (ut ipsi iudicabant)  
amicam, exercerem: quam ta-  
men ego per Deos immorta-  
les, cane & angue (quod dici  
solet) peius odi, quod tum &  
ipsi experiebantur. Interro-  
gabam igitur hunc meum ami-  
cum Acronium, quid ipse sen-  
tiret de Chymia, qui cōfestim  
respondit, Multum, mi com-  
pater charissime, rationes do-  
ctissimi domini Hapspergeri  
te mouerunt, qui nimis (pace  
tua dixerim) pertinaciter rem

hanc non benè intellectam solles contemnere, & iam dubitas? Prior sanè pars Alchymie facilis, ac propter communem eius usum uulgò nota, que docet succos saporesceterreos, liquores aqueos & aëreos cum odoribus gratissimis, olea ignea suauitercetera fragrantia artificiosè extrahere (quantum ad rei naturam attinet) tibi minimè suspecta, aut ignota est, sed certa & cognita per multos iam annos, in qua uersaris magna cum animi delectatione & utilitate. Cernis enim ibi naturales artificiosas causas, & miras separationes qualitatum cum substantia exigua, immò ipsas rerum formas in te-

nui

nui materia, quæ parua quan-  
titate, uiribus autem & effica-  
cia, magna & ampla sit: Vicis-  
sim nouisti rem tam efficacem  
spargere per amplissimū cor-  
pus, in quo uis dispersa non  
collecta, ut in re parua, uix sen-  
titur: Hac parte delectaris &  
uteris in tua medicina tanquā  
iucundissima, utilissima & ho-  
nesta. Quod uerò attinet  
ad posteriorem partem, diffi-  
ciliorem & longè obscurio-  
rem, de qua nos sæpe nostras  
contulimus rationes, certauim-  
usq; uidelicet, Vtrum ho-  
mo possit ulla re artificiali, aut  
naturali, metallorum formas  
commutare, Ego certè huius  
rei imperitus, non audeo tam

constanter asserere esse ueram  
atque priorem, sentio tamen  
aliquot argumētis persuasus,  
aliquam esse artem, qua pos-  
sunt metalla imperfecta perfi-  
ci, & impediri, quo minus per-  
ficiantur. Quæcunque enim  
bruta natura Deo instrumen-  
tum semper obediens in hoc  
amplissimo mundo, præfer-  
tim Elementari præstat, ea cre-  
bris obseruationibus discere  
& animo recte comprehensa  
imitari possumus: Quia Deus  
omnia hæc inferiora homini  
in medio uniuersitatis posito  
subiecit tanquam eorum do-  
mino, eumq; rerum naturaliū  
contemplatorem & obserua-  
torem quodam insito cogno-  
scendi

scendi desiderio cōstituit, quo  
ījs uteretur rectē, & Deum  
omnium creatorem diligentē  
& grata cōtemplatione, usuq;  
uero s<sup>e</sup> per laudaret, ac be-  
neficia continua agnosceret:

Vnde arbitror Philosophos  
ueteres rerum indagatores so-  
lertiſſimos, metallorum or-  
tus, incrementa, commutatio-  
nes, status & interitus (ut &  
reliquarum rerum) magno la-  
bore obſeruasse, ac paulatim  
artem in ſcientiam quandam,  
non statim transmutandi me-  
talla, ſed obſeruandi eorum  
cauſas, modosq;, quibus natu-  
ra ſenſim progreditur in iplis  
perficiendis, conſtituiſſe, lite-  
risq; mandasse; Hoc enim mo-

do omnes Artes & inuentæ  
sunt & adoleuerunt, ut duo  
summi uiri Aristoteles libro  
primo Metaphysicorū, & Ci-  
cero de Perfecto oratore, cum  
doctissimis omnibus uno ore  
testantur, & quotidie experi-  
entia docet: Nam ars imitatur  
naturam, cuius artifex est ue-  
luti simia. Præterea omni-  
um rerum prima & præstan-  
tissima causa Deus, homini,  
hæc omnia caduca & morta-  
lia subiecit, quæ sine dubio,  
ipsius auxilio & industria iu-  
uari & impediri possunt: quod  
evidentissimè cernes, si ani-  
mum per ea quæ tibi plana &  
perspecta sunt, circumferas,  
ut tritici, hordei, & cuiusuis  
frumenti

frumenti, aut alterius rei grana & nuclei, in quibus anima vegetans integra existit, si in terram bonam cadant, sponte crescunt, fructumque proferunt, Hoc paulatim animaduertentes primi agricolæ, terram præparabant, in quam semina spargebant, eaq; tum occando uel rastris tegebât, quo fructum copiosiorem proferrent. Eadem grana inclusa uassis aut granarijs, aut alioquin iacentia in locis generationi incômodis, nullum fructum proferunt; Ergo natura semper in his artificem siue artem auxiliarem iuuat, & impedita quiescit. Et quemadmodum ex commoda terra astrorum

ui (ut animaduertere omnes possunt in hortis pensilibus, & uasis terra impletis, positisq; in locis apricis) lapides coquuntur & crescunt: ita fìguli ex luto fingunt, igniq; uehementi, formatos coquunt.

Aquæ marinæ ubi uapores leuiores, Solis ui eleuantur, fit fal: quod longa obseruatione postquā homines didicerunt, ipsi eosdem uapores artificiose ignis efficacia exprimunt & extorquent, aut eam Soli exponunt, ut habeant salem bonum & naturalem, hominis tamen industria confectionem.

Primi quoquè homines edituri, ueluti pecora dentibus frangebant imminuebantque glandes,

glandes, ac paulò pòst frumē-  
tum: deinde, motum & contri-  
tionem dentium, uentriculiq;  
cōcoctiones & mixturas edo-  
cti, moles extruebant, quibus  
dentium more frumentū com-  
minuebant, massasq; ex farina  
& liquore conficiebant, quas  
ignis calore coquebant, quo  
ipsa natura, humana arte iuu-  
retur, unde nostri panes imita-  
tione naturæ & fiunt & for-  
mantur: eadem ratione in cun-  
ctis alijs nos naturæ operatio-  
nes obseruare, iuuare & impe-  
dire possumus: Taceo nūc no-  
stra peccata, quæ rerum natu-  
ralium felices cursus & succes-  
sus impediunt: & preces, quæ  
eosdem promouent, & ad fi-  
nem

nem optimum perducunt: lo-  
quor de hominum, qui à Deo  
nō sunt reiecti, industria, quæ  
crescit ac decrescit per homi-  
num pietate & impietate.

Hoc modo arbitror fieri  
etiam in metallis, quorum sin-  
gulorum materiam, causas ef-  
ficientes, cum forma & fine, si  
quis diligenter obseruauerit,  
& quo ordine perficiantur, ip-  
sum reuera posse naturam in  
perficiendis metallis iuuare &  
impedire. Constat nunc  
longo usu & experientia, om-  
nia metalla oriri ex argento ui-  
uo, quod est, aqua terrea &  
pinguis aërea, sicuti eius gra-  
uitas & nobilitas aperte de-  
monstrant, & sulphure, quod  
est ter-

est terreum & igneum, soliditatem & concoctionem ipsi argento uiuo præstante. Hæc duo (inquam) Mercurius & sulphur, aīsunt Philosophi paullatim astrorum uī, in terræ uisceribus commisceri & concoqui in solidum aliquod metallum pro natura materiæ & loci. Has metallorum materias, cūm nos habeamus in promptu, amabo, quid obstaret, quo minus ipsas recte præparatas, ea proportione artifex peritus misceret, qua ipsa natura commiscere solet, ac locis tandem similibus terræ cauernis, caloreq; ignis astrorum sūmillimo, uerum & perfectius metallum concoqui posset?

Profecto

Profectò, quanto quæque rēs nobilioris naturæ existit, tanto ea adeptione sublimioris gaudere constat, & quanto hæc omnia sunt aptiora, tanto citius perfectiusq; metal- lum fit: quia homo naturam imitari & iuuare potest, & arte ipsam dicitur superare: quod simul laborent, rēsque potestate existētes, in formas suas perfectas producāt, quo, actu, & reuera perfecta fiant: Mercurium & sulphur omnia metalla potestate in se conti- nere, nulli naturalium Philo- sophorū dubium est (quam- uis oculis non cernantur) sic seminibus & radicibus insunt herbæ & flores, Et uos Me- dicina

dicina iuuatis naturam, ut ex materia homo potestate, prodeat ipse homo, dum mas & fœmina ob diuersas & pugnates, aut non cohærentes qualitates non procreent, sed uestris medijs adhibitis gignuntur creaturæ præstantissimæ.

Rustici uentos, aërem, tempus & situm obseruant in pecoribus miscendis ad generationem, uites putant, sementa faciunt certa syderum constitutione, qui uberrimum fructum expectant, nec spe falluntur, Si igitur arbores, frutes, herbas, lapides, animalia, reliquasq; res licet & possumus iuuare ut perficiantur, absolutissimāque forma content;

stent, Cur non liceret metallū  
absoluere, perfectāmque ipsis  
formam indere? Videntur  
ne tibi impiē agere, qui ex la-  
ete caseos & butyrum agitan-  
do, coquendo & premendo  
quibusdam additis efficiunt?  
Quemadmodum aliquoties  
unā mecum uidisti in Helue-  
tiæ alpibus: Lac certè à caseo  
& butyro differt specie, An  
non ex cinere & terra, artifi-  
cis manu uitra componantur?

Nosti historias, tradere in  
Ægypto ex ouis, fornaci tem-  
perate calenti impositis, pul-  
los excludit: ouum Ædepol &  
pullus sunt forma diuersa.

Huc accedit res prima fron-  
te admirabilis, ex pilis equi-  
nis longos

his longos uermes continuè  
in aquis se mouentes uerno  
tempore crescere, quales & tu  
alijs temporibus artificiosè ea  
demi ex materia producere po  
tes. Scarabei nec oua, nec ul  
lum foetum quum pareant, pi  
las ex stercore conficiunt, quas  
summa industria (ut ipse ui  
di) uoluunt, donec materia  
concoquatur, aptaç fiat gene  
rationi, & ex madefacta, scara  
bei prodeant. Mulieris men  
struo laborantis ex capillis fi  
mo reconditis certo tempore,  
nascuntur uermes uenenosissi  
simi: quod & Albertus Ma  
gnus testatur, & tu experi  
entia comprobasti, nec aliam  
habebas rationem, quam Ari  
  
333

stotelis locum, ubi diceret, Solum in obliquo circulo esse causam generationis & corruptionis inferiorum naturaliter & artificiose exhibitorum.

Formæ si commutantur à nobis arte naturam adiuuante, sanè etiam colores immutare nos nouisse quis negaret; ut album in nigrum, citrimum, aut alium quemuis, id post ueteres Philosophos multi neoterici docent, & mulieres in herbis & floribus nouerunt. Sic patriarcha Iacobus, ouibus artificiose indidit colorem. Paucis hīc tecum ago, amantissime Compater, quod huiusmodi probè noueris, modò perpendas: Ergo hanc

hanc artem transformādi metalla, nec sacræ literæ prohibent: quia imperfecta docent perficere, Nec ipsa ars nouas species constituit, quas Moses uetuit per nos fieri: Animalia etenim diuersæ speciei mixta, nouam speciem gigant, quam Deus non creauit: Imò canon est, quicquid Sacræ literæ non prohibent, id concedunt, imperfecta autem perfici nostro labore concedunt ac iubent: quamuis à priori sit res specie diuersa, unius enim interitus, est alterius ortus: unde illud, Granum nisi corruptum fuerit, nullum profert fructum. Et

ut tandem concludam : Hæc  
ars , quum sit inuenta multis  
diligentissimisq; obseruatio-  
nibus, probata certis rationi-  
bus, imitetur naturam instru-  
mentum Deo semper gratis  
simum, cuius nos sumus con-  
templatores , & artifices mi-  
nistri, quo nos foueat ac enu-  
triat, totaç; ars ex re imper-  
fecta & rudi, rem perfectam,  
subtilem & gratissimam per-  
ficiat, concessaç; sit quum le-  
ge naturali, tum Diuina, ma-  
nibus ac pedibus (ut prouer-  
bio fertur ) eo in sententiam  
Nobilissimi uiri Domini de  
Hapsperg.

Et hic amicus ubi discesse-  
rat, rumi-

rat , ruminabam illicò argumen-  
ta prædictorum, ipsorum  
que breues epilogos percen-  
sebam: ita, ut altius omnia me-  
cum cœperim animo uoluere  
ac repetere , maiori ex parte  
iam persuasus, hominem pos-  
se fusibilia hæc corpora ali-  
qua arte transmutare, dum na-  
turam imitetur & iuuet, Oc-  
currebant statim multa mira-  
bilia arte fieri, quorum histo-  
riæ sunt plenæ , & quotidie  
experientia plurima producit  
in lucem ac ostendit. Omnia  
equidem illa longè certiora se-  
rent, si nos non essemus tot ac  
tantis peccatis immersi, & in  
Deum omnium bonorum au-

thorem adeò ingrati, qui sær-  
pissimè nobis ostendit suum  
uerum & singularem amorem  
præclaris artibus, disciplinis  
utilissimis, donis immensis, lu-  
minéque ueritatis salutifero,  
quæ certè peruersi & impij, ut  
assequi nequeunt, ita irrident  
& contemnunt. Sed omnibus  
dudum patuit, Scientiam nul-  
lum inimicum habere, nisi ig-  
norantem, nec ipsam ingredi  
animum peruersum: Occur-  
rebat simul Lapidem ipsum,  
quo metalla transmutari di-  
cuntur, dici & esse Philoso-  
phorum, nō ignauorum, non  
irrisorum, non maledicorum,  
aut stultorum, qui suis labo-  
ribus

ribus affliguntur & confunduntur: Quare non est mirum, ex multis millibus uix unum, rem tantam consequi, quæ Philosophi existit, hoc est, amatoris & perpetuò inquisitoris ueræ sapientię, quæ in hoc amplissimo relucet mundo. Cernimus uniuersi & singuli contemplatores mundi, immensa bonitate & inscrutabili sapientia Deum optimum maximum hunc mundum condidisse, partesq; dispositisse ac conseruare. Omnia cohærent aurea quadam catena, quæ uiuunt suo instinctu sursum tendunt, quæ uero uitam influunt, uergunt deor-

sum, inferiora tendunt ad perfectionem superiorum, Olym-  
pica tecta & regna naturali-  
bus rebus præfecta, hæc infe-  
riora naturaliter, admiranda  
quadam influentia, motu &  
lumine gubernant, quas uires  
& uirtutes, homo minor mun-  
dus per certa media augere &  
imminuere potens est.

Sic uidimus pullum ex ouo  
gallinaceo exclusum, cuius fi-  
gura erat similis humanæ: quia  
artifex, gallinæ ouis incum-  
benti, certa alimenta præbuit,  
figurasq; humanæ simillimas  
artificiose depictas (quinta es-  
sentia præcognita) proposuit,  
quo eas inspiciendo, pullis si-  
miles

miles imprimeret: Aliaq; com  
plura in animo similia hære-  
bant, dum inquirerem medi-  
tabundus rei certitudinem.

Sulphur & argentum ui-  
uum ego huius chymicæ par-  
tis imperitus, quomodo fo-  
rent præparanda, non satis a-  
nimo percipere potui: Dubi-  
tabam quoquè, num sulphur  
commune & argētum uiuum  
uulgare, artifices intelligerēt,  
methodum progrediendi in  
operatione nequiui inuenire.  
Hæc dum dubio & ancipiti  
animo diligēter perpendo ac  
meditor, mirabiliter ac diui-  
nitūs Dei bonitate, accepi ma-  
teriam siue subiectum lapidis

philosophici, quale Arnoldus  
in epistola Flore florum, ad re-  
gem Arragonum; & Iuuenis,  
in nouo lumine: & Cornelius  
Agrippa à Nettesheim suo in  
libro de Incertitudine scientia-  
rum , capite nonagesimo, de-  
scribunt. Habebam copio-  
se lapidis materiam domi, un-  
de tum rapiebar in summam  
admirationem , fereque obstu-  
pueram, quod toties lapidem  
meis manibus prius tractauis-  
sem, & is plus satis uersaretur  
fermè singulis diebus in ma-  
nibus Principum , nobilium,  
ciuium , imò & mendicorum  
ex parte, non tamen agnosce-  
retur: Est quidem res diffici-  
lis creditu

lis creditu infcio, attamen ue-  
rissima: Lapis est, & non la-  
pis: uisibilis (inquam) lapis, in-  
uisibilisq: habens substātiā  
sive naturam, nec igneā nī-  
mis, nec prorsus terream, nec  
simpliciter aqueā, nec acu-  
tissimam, nec obtusissimam  
qualitatē, sed mediocrem &  
tactu leuem, & quodammodo  
mollem, uel saltem non du-  
ram, non asperam, quin & gu-  
stu quodammodo dulcem, ol-  
factu suauem, uisu gratam, au-  
ditu blandam, atque iucun-  
dam, cogitatu latam, & cāte-  
ra. Hic lapis quanto diu-  
tius in igni steterit, tanto ma-  
gis augmentabitur ipsius uir-  
tus: quod

» tus: quod calor, ipsius sit nu-  
» trimentum: Hæcq; sunt ueris.  
» sima signa ueri lapidis Phi-  
» losophici: Cæteræ autem res  
» in igne concremantur, & hu-  
» miditatem radicalem amittunt.  
Hæc Arnoldus, Et uera ipsum  
scribere, ausim asserere: Nam  
admoi ipsum igni, præcepta  
Arnoldi sequens, multaq; ex-  
pertus sum; imò omnia inue-  
nio ipsi conuenire, quæ præ-  
fati Philosophi ei tribuunt in  
regula ut cognoscatur: Extre-  
ma non sum expertus, quod  
mihi huius Alchymia imperi-  
tissimo, uarijs negocijs occu-  
pato, hactenus plurima defue-  
rint, quæ ad hanc rem requi-  
runtur.

runtur. Iam quum certissime scirem, me lapidem nouisse & habere ( lapidem dico, non ultimum purissimum & præparatum , sed rudem , ut Deus & natura eum consti- tuerunt ) incidi in quempiam senem peregrinum , annum (ut arbitror) septuagesimum sextum transgressum, aduersa ualitudine laboratem, quem ubi interrogarem de inuale- tudine, inquit lachrymans ma- nibus eleuatis, Tu es ille, quæ Deus sua bonitate & miseri- cordia mihi misit, ut me con- fectum peregrinatione ac æ- tate, reficias , succurre (obte- stor) mihi seni & morti pro- ximo:

ximo: Hic senex in meas ædes  
ductus , ac per aliquot septi-  
manas sustentatus , ualetudi-  
niç naturali, utpote pro eius  
ætate propemodum pristinæ  
restitutus , multa mecum in  
Chymia contulit , suaç dicta  
egregijs rationibus confirma-  
bat , Tandem mirabile speci-  
men huius artis mihi osten-  
dit: Nam in spacio uigintiqua  
tuor horarum quoddam me-  
tallū in melius perfectè trans-  
mutauit: Verùm , artem com-  
mutandi nec ipse exercere , nec  
alium docere ad tempus ali-  
quot determinatum audebat ,  
alioquin ditissimus esse pos-  
set sola ista arte , idç propter-  
ea fieri

ea fieri asserebat, quod aliquem  
impium Regem inconsulte eam  
ubi docuisset, se sancte promis-  
sisse & iurasse in signum poenitentiae,  
nec docturum ar-  
tem, nec quæstum ea (nescio  
quot annis) quæsitum. Hic  
reuera præstitit, ac ostendit id  
quod aliquantis per cupiui ui-  
dere, de cuius fide non dubi-  
to, quin absque omni fuso fe-  
cerit: nam ipso præscribente  
pondus specierum, & modum  
injiciendi uasis, singula acce-  
pi & inieci: quibus is pulue-  
rem exiguum, quem secum fe-  
rebat, me uidente addebat:  
singula uidi, manibusq; tra-  
etaui, & id metallum per ali-  
quot

quot iudicia, ipsius instinctu,  
ipse ego duxi. Nominabat  
mihi regionem & ciuitatem,  
in qua quidam, cuius nomen  
quoquè detexit, istius artis o-  
pe, uehementer diues, demum  
Deo ingratus fuisset, contem-  
nens pauperes, impius scorta-  
tor factus, tandemq; horren-  
da morte perijisset. Docuit  
is me, quatuor elementorum  
quatuor animalia, quorum u-  
numquodque in suo elemen-  
to uiuit, ab eo nutritur, & ex-  
tra illud si fuerit, moritur: duo  
facile nanciscor, reliqua ubi  
inueniam certissime ostendit:  
ipse uidit, & optimè noui ue-  
rissimum esse. Hunc senem  
reperi

reperi ingenuū, uerè doctum  
& pium, qui plura nouit præ-  
clara uulgò ignota: Itaq; nunc  
scio, me lapidem philosopho-  
rum noscere, artemq; esse ali-  
quam transformandi metal-  
la, licet paucissimi ad finem  
perueniant: quippe Δύσηθλα τὰ  
τελεῖα semper sunt. Modum au-  
tem præparandi lapidem, qui  
natura rudit & impolitus est  
effectus, & qua ratione suos  
effectus nobilissimos præstet,  
uidetur omnium diligentissi-  
mè Arnoldus de Villa noua  
in suo Rosario tradere, quem  
in epitomen siue paraphrasin,  
qua potui diligentia redigi:  
Quaecunque enim probauit, ea

d

ipsum fideliter & recte docu-  
isse uideo. Optarem quēdam  
eius partis chymiae expertum  
& pium adesse, qui totū ordi-  
nem absolueret, ipsumq; lapi-  
dem ad perfectissimū statum  
perduceret: progressio est mi-  
rabilis, digressiones sunt com-  
plurimæ, nec opus unius aut  
duorum mensium, & requirit  
uirum philosophum, patien-  
tem, industriū, in totius mun-  
di harmonia peritum & De-  
um metuentem, qui dubio  
procul non longo tempore ta-  
lia, qualia sola natura multis  
annis efficit, absoluere posset:  
Quare imperitis, inconstanti-  
bus & impījs consulo, ut hanc  
artem

artem fugiant, tanquam ipsis  
venenum mortiferum, quo-  
rum nonnulli sunt falso per-  
suasi, hunc lapidem quasi Mi-  
dam quicquid tangat commu-  
tare in aurum : papæ, papæ,  
heu idiota, ah admiranda insa-  
nia, Nónne hac ratione & ip-  
sos homines transferret in au-  
rum ? taliꝝ lapide quis peior  
esse posset ? & cætera.

Alij sunt paululū doctiores,  
humaniores, & ratione insa-  
niunt, qui arbitrātur lapidem  
ita à natura effectum, ut absqꝝ  
omni labore & sine præpara-  
tione, metallis uiolenter pau-  
cis temporis minutis, alias &  
nouas formas indere ualeat;

Hoc est, si quis lapidem ha-  
beat, ipsum posse statim quæ-  
uis metallum transformare: quæ  
tamen cerdonica indocta q̄im  
peritissimi uulgi opinio, re ip-  
sa falsa, uana, & nullis funda-  
mentis fulta, repugnat euiden-  
tiissimis philosophorum argu-  
mentis & rationibus: Poëtæ  
deorum filij, exemplo Iasonis  
docent, quanti sit laboris an-  
tequam tantam rem liceat au-  
ferre, Oportet prudentissimis  
consiliarijs, siue deliberationi-  
bus & consilijs exquisitis rem  
agredi, diu nauigare, ac ubi  
tandem ex mari peruerterit in  
terram, materiam solidam, con-  
stantem & fixam, arte uera tan-  
quam

quam Medea Solis filij terram aëripedibus tauris adamantero iugo iunctis, qui flamas ex naribus spirant, arare, ac in eam terram ex galea draconis dentes seminare, ex quibus, hostes natos miris armis instructos interficere, lapide in medium proiecto, de quo certabunt inter se, draconis truculentissimo inducere somnum, quibus cunctis summo labore & diligentia peractis, patet aditus in Martis templum ad aureum uellus. Sic & Venus certans cum Iunone & Minerua, coacta est descendere in terram ex cœlis, ut acciperet aureum malum in Ida monte à

Paride: quod Iupiter in cœlis  
dare noluit, nec benè potuit.

Sed prout quisque sapit,  
ita solet loqui, iudiciūmque  
suum de tali & consimili re  
audacter, etiam si non fuerit  
opportunum, exclamare: Istos  
dudum notauit senex Mitio,  
dicens,

Homine imperito nunquam  
quicquam iniustius,  
Qui, nisi quod ipse fecit, nihil  
rectum putat.

Redeat nunc nostra ora-  
tio, eò unde digressa est. Epi-  
tomē Rosarij Arnoldi, quām  
potui diligentissimē conscri-  
psi, quod experientia inueni-  
rem, multa esse obscura, & ple-  
raque

raque breuius doceri posse,  
Quare alia paraphrastice explicui, ijsq; à me probata ad-  
diti, alia compendiosè planè  
tamen & aperte docui, ænig-  
matibus etiam cum antiquis-  
simis tam Philosophis, quām  
Poëtis usus, & propter rerum  
obscuritatem, & propter le-  
uem uulgi contemptum: nam  
Macrobius teste, magna rei no-  
tio, sub pio figmentorum ue-  
lamine, honestis & tecta re-  
bus, & uestita nominibus e-  
nuntiatur. In ijs uero quæ  
non probauī, sum Authoris  
sententiam sequutus, ratioci-  
nando diligenter ex præce-  
dentibus, ne quid deesset in

tota tractatione, sed omnia fo-  
rent manifestiora, meliusq; ad  
praxim accommodata, quo ar-  
tifex tanquam in tabula dispi-  
ciat ordinem progrediendi,  
methodum Authoris retinui,  
quæ ordinem naturæ (quoad  
fieri potest) sequitur. Ea est  
interdum resolutio, aliquan-  
do compositio, tum etiam di-  
uisio : quia hæc ars habet in  
Methodo aliquid peculiare,  
propter diuersas operationes  
& speculationes.

Has meas lucubratiuncu-  
las dum perpendo, cui aut qui-  
bus potissimum dedicarem,  
uos Potentissimi, domini mei  
clementissimi, in primis oc-  
curriftis

curristis uestra singulari hu-  
manitate, qua euidenter testa-  
mini, non uobis solis esse uos  
natos, qui Dei dona precio-  
sissima, diuitias amplissimas  
in totius Christianæ reipubli-  
cæ usum, magna liberalitate  
quotidie confertis. Deinde  
uestram Bibliothecam, quæ  
nunc(ut intelligo) facile opti-  
mis quibusque Authoribus  
quamuis excellit, indies ma-  
gis ac magis augetis, quo ue-  
stræ prudentiæ, liberalitatis,  
magnificentia, humanitatis,  
& pietatis, perpetuò apud po-  
steros pium monumētum ex-  
tet, omnesq; homines per uos  
aliquid emolumētum percí

innot

d 5

piant: unde non pauci singu-  
lari eruditione uiri, sunt mo-  
ti, ut uestræ celsitati uarios li-  
bros dedicarent, uestræq; ex-  
cellentiaæ bibliothecam orna-  
rent atque instruerent, Non  
solùm ipsis libris, quos facile  
alioquin ære comparare pos-  
sent, sed etiam uestris nomini-  
bus (quo immortalia perma-  
neant) libris inscriptis. Quod  
& ego nunc facio, qui quidem  
libellum quantitate perexi-  
guum, at ui reuera tantum es-  
se assero, quanta sint quæque  
maxima offero, ex quo spero,  
aliquos cum tempore, pluri-  
mum commodi percepturos.  
Ascripserunt uestræ ampli-  
tudini

tudini & alijs libros Alchymicos, ex diuersorum Philosopherum scriptis diligēter collectos, ipsorum tamen librorum authores (condonent mihi si ipsis fecero iniuriam) si lapidem ipsum Philosophorum, oculis uiderent, auribus audirent, naribus olfacerent, manibus tangerent, pondere librarent, nisi prius præmonneantur, non agnoscerent.

Vos igitur Domini amplissimi, Comites clementissimi, hoc meum opusculū pro uestra clementia & humanitate animis beneuolis suscipite: Dominus Deus æternus, immensus, omnis boni Author in

thor in spiritu suo paracleto  
uestras celsitudines diu Rei-  
publice incolumes conseruet,  
per saluatorem nostrum

IESVM CHRISTVM.

Valete.

Ex Basilea, nonis  
Maij, 1559.

V. C.

Adam à Bodenstein,  
artium & Medicinæ  
doctor.

23  
Ecclesiastes  
Solomon the son of David,  
the king of Israel,  
said, "The vanity of vanities,  
saith the Preacher,  
is man's life also vanity.  
For that which is done under the sun,  
is to be found again under the sun;  
and there is nothing new under the sun,  
but that which has been done before,  
and that which has been done,  
is named after that which was done  
before; and there is no remembrance  
of it now. This is also vanity,  
and vexation of spirit."  
These words of the Preacher  
are true; and he that hearkeneth  
unto them, let him consider them.

## LECTORI.

**A**NIMUS mihi erat scribendi ac huic libello adiiciendi extractio-  
nem quintæ essentiæ ex Luna,  
ut nonnihil exercitatis Chy-  
mistis, qui hanc summoperè  
affectant, satisficeret maiorí ex  
parte: uerùm quum nunc phi-  
losophorum lapidem, ut re-  
uera est, manifestè descripse-  
rim, arbitratus sum, rem satis  
magnam hac tempestate à me  
detectam & patefactam es-  
se in communem usum,  
Et animæ extractio-  
nem in aliud tem-  
pus differen-  
dam,

*Errata in epistola,*

Pagina 9, linea ultima, legatur  
afferunt.

Pag. 23, lin. 14. pro in, legatur  
uel.

Pag. 28, lin. penultima legatur  
mobilitas.

*In libro,*

Pagina 15, linea 17, legatur  
extrahere.

Pagina 23, linea 9, legatur,  
omnesq.

Pag. eadem, linea ultima, leg.  
ducentur.

Pagina 52, linea 20, legatur,  
immisceri.

Pagina 56, linea 8, legatur,  
cremantur,

Pagina eadē, linea 10, legatur,  
fundentur.



1  
ARNOLDI PRÆ-  
FATIO IN TRACTATVM  
DE PHILOSOPHORVM  
LAPIDEIS.



VANDO QVI-  
dem prudenter  
& uerē nos ad-  
monet diuinus  
ille Plato, nos,  
solis nobis non natos: mei of-  
ficij esse arbitror, charissime  
Lector, corū quæ in arte chy-  
mica ex quibusq; authoribus  
collegi, certissimaq; experien-  
tia comprobaui, te facere par-  
ticipem: Quid enim mihi uiro  
philosopho prodeisset, si meas  
experientias euidētiissimas, &  
quasi ē cœlo demissas, mecum  
in sepulchrum auferrem: peri-

A

reçp̄ sinerem, contra omnes syn-  
ceriores naturæ leges, quæ  
suadent & iubent, alijs esse  
præstanda, quæ nobis ipsis  
fieri cupimus (Valeat idcirco  
inuidus, qui soli sibi conatur  
uiuere, qui errantes non redu-  
cit in uiā, laboribus distractos  
& pressos non leuat ac reficit:  
quemadmodum in Alchymia  
fieri animaduerto, in qua plu-  
rimi errantes maximis labori-  
bus & sumptibus miserrimè  
absq̄ omni fructu operantur,  
nec ducem habēt uerū quem  
sequantur. His omnibus con-  
fuso, & suadeo, ut nostris cer-  
tis præceptionibus breuissi-  
mis & clarissimis fidem adhi-  
beant, in ihsç se exerceant, &  
absti-

abstineat à uarijs incertisq; au-  
toribus. Hoc si fecerint, pro-  
culdubio uoti cōpotes fient)  
Vnde nos moti amore, tracta-  
tionem Alchymisticam con-  
scripsimus: & quadam simili-  
tudine ducti, hanc, Rosarium  
nominauimus: ceu enim pru-  
dens uillicus suaves fragran-  
tesq; rosas, studiosē ab pun-  
gentibus spinis decerpit, sic sa-  
nè ex quibusq; autorum abdi-  
tis & spinosis scriptis, artis trās-  
formatricis metallorum nucle-  
um eruimus & tradidimus, ab  
iectis omnibus corticibus &  
spinis, quibus impediebatur  
prudētis simplicitatis Lector  
ad intellectum uerumq; usum  
tendens, ut nunc demum me

præceptore, rosas rubeas &  
albas fragrantes, melle suauio  
res, utiliores auro purissimo,  
adiuuante natura & efficere  
& adprehēdere, usuiç accom  
modare citra falsitatē possit.  
Quamuis non dubitemus, fu  
turos aliquos stupidiores plū  
bo, qui longē minus ueram  
nostram lucubratiunculam,  
(quod mox aquilam, mox cy  
gnū, mox taurum, moxç im  
brem & aurea poma produce  
re doceat) esse dictabunt,  
quām ullorum poëtarum pro  
missiones: etiam si hi, sese ad  
ducturos Vlyssem ē profun  
dis manibus, ut in quācunque  
speciem illicò se transmutet,  
polliceātur, Imò quod Poëta

Empusa

Empusa ex inferis resurgat, atque ex Aristophanis ranis eodem temporis momento, aliam atque aliam formam suscipiat, facile effecturos esse: Volumus nos nihilominus prijs prudentioribusq; potius auxilio adesse, quam impijs cedere. Quapropter amice dilectissime, scrutator rerum arcanarum solertissime, huc huc accelerato, benignasq; aures adhibeto, nosq; Isagogen artis transmutatricis perfectissimam mussabimus, quam si rectius fueris consecutus, fortunatiorem Polycrate te existere senties.

ISAGOGE IN RO  
SARIVM INSIGNIS  
PHILOSOPHI ARNOL<sup>DI</sup>  
DI DE VILLA  
NOVA.

Caput primum.



ET ALLA generā-  
ture ex fumis subtī-  
lissimis resolutis ab  
argēto uiuo , cum  
substantia sulphu-  
ris, à calore humili-  
do & sicco temperato, in cauernis  
terræ profundissimis , habentibus  
humiditatem humidissimam, quæ  
à siccitate terrea occulta tempera-  
tur & induratur. Calor autem tem-  
peratus illos fumos conuoluendo  
resoluens, sublimans & inspissans,  
usq; ad locum alicuius refrigerij il-  
lam humiditatem conseruat,dige-  
rit,attenuat & solidam efficit,quæ  
est

est causa fusionis: sicq; paulatim in multis annis conuertitur in metal- lum. Itaq; constat propinquiorem primamq; materiam metallicorum corporum esse argentum uiuum, quod à sulphure digeritur, conco- quitur, & in metallum transmuta- tur: Nam sulphur est terra, aut pin- guedo terræ in minera terræ, per temperatam decoctionem paula- tim indurata, donec dura & sicca sit facta. Argentum autem, est aqua uiscosa in uisceribus terræ, substan- tiæ subtilis, albæ terræ, per mode- ratissimum calorem absoluta, uni- ta unione & per minima, quo usq; humidum fuerit temperatum à sic- co, & siccum ab humido æqua- liter.

*Caput secundum.*

**A**ристотелес summus philoso- phorum uult, argentum ui- uum esse elementum omnium me- tallicorū corporum: Quoniam ea

omnia in ipsum siue cum ipso conuenient, admiscetur, & (ut ita loquar) amalgamantur, ergo sequetur illa esse ipsius substantiae. Quod autem haec inter se differant natura, proportione Mercurij, & sulphuris, quae illis insunt, efficitur. Nam primum, substantia Mercurij & sulphuris certa proportione commixta per longam & temperatam decoctionem in uisceribus terrae mundae (ueluti foetus in matrice, in secundinis aut  $\chi\sigma\gamma\iota\omega$ ) recte inspissata & fixa cum humore radicali non corrupte, perducta ad solidum, fit aurum, quod fundi & extendi facile potest, quasi filius & perfectissimum metallum naturae. Etsi aliquantulum commixtio argenti uiuimutata a perfectione fuerit, fit argentum, tanquam filia, ignobilior fratre auro: cui nihil deest, quam pauca fixatio, color & pondus, quod masculus non natus sit. Itaque aurum dicitur corpus metalli-

metallicū, ponderosum, citrinū, ful-  
gidū, aqua minerali diutissimē lo-  
tū, ex argēto uiuo, puro, fixo, claro,  
rubeo & ex sulphure mundo, fixo,  
rubeo non adurēte. Argentum au-  
tem, hoc est Luna, est metallū tin-  
ctum & compositū ex argento ui-  
uo, puro, ferè fixo, claro & albo, &  
de sulphure mundo, fixo, albo, cla-  
ro. Iam si malum sulphur, immu-  
dum & adurens tanquam mas de-  
prauatæ cōplexionis, coierit cum  
fœmina optimæ cōstitutionis (hoc  
est cum Mercurio) generabitur æs,  
filius liuidus, fuscæ rubedinis, fu-  
sionem & ignem ferens, hinc defi-  
cit fixatio, puritas & pōdus. Quòd  
si Mercurius fuerit porosus, impu-  
rus & terreus, sulphurc̄p non mun-  
dum, fœtidum & terreum, & fixæ  
substantiæ (uti si penè morbosus,  
cum fœmina monstruosa coit) ge-  
neratur ferrum. Si autem argētum  
uiuum utcunque purum iungatur

sulphuri malo, non bene mixto & congelato, procreabit filium paulum formosum, utpote stannum. Argētum uerò uiuum malum, crassum, mali saporis, fœtidum & debiliis uirtutis, ceu monstruosa mater, cùm initur à sulphure marito leproso aut liuido, causa est plumbi.

Caput tertium.

**S**ulphur arte paratum, quamvis dicatur perfectum esse, quia sit igne expertū, est nihilo secius ualde imperfectum, nec unquam potest generare metalla: quia in se habet substātiā inflammabilem, per quam omni tempore adurit & aduritur: ex hac nascitur liberis eius nigredo, tanquam animalibus ex cholera rubea adusta, atra corpora, liuida, impura, morbosa, & interdū leprosa fiunt. Habet & fœtem terream, amaram substātiā, qua ingressum retardat, & resolutioni resistit. Certè constat Auicen-

nam

nam syncerè loquutum fuisse, dicendo, Sulphur magisterium nostrum nequaquam ingreditur: quia de substâ argenti uiuî nostri non est, cùm perperuò inficiat, denigret atq; corruptat, &c. Quamuis dixerimus proportionatam quantitatis Mercurij & sulphuris substâtiâ, causam esse generationis perfectissimorum metallorum, non tam illa cum his pugnat: quia eas ramus de naturali sulphure locuti, iamq; hîc agitur de factitio quod interitum efficit metallicis corporibus. Quoniam si fuerit fixum, fusio nem rectam impedit, id apparent in ferro, quod ideo valde difficulter funditur, quia sulphur fixum in se habet. Si fixum non sit, iterum fusionem impedit, aut anticipat, aut ab igne comburitur, ut id ipsum, relinques metallum, euaporet quod cernitur in plumbo aliijsq; corporibus infirmis. Incaute maximeq; in considera

consideratē agunt, qui sulphure ut-  
tuntur in operibus ad perficiendū  
metalla, omnem etenim in omni-  
bus conatur impedire perfectionē.  
Et prudentissimē contrā alij fa-  
ctitant, qui Mercurio, absolutissi-  
ma causa tincturarum perfectio-  
nisq; metallorum, labores suos ni-  
tuntur fulcire, cùm hīc non rece-  
dat à commixto, sed permaneat fi-  
xus, ueluti bona mater, quæ mor-  
tem subire cum filijs sibi charissi-  
mis non abhorret. Hæc mater om-  
nibus metallis acceptissima, ijsq;  
perexiguis uilissimisq; medijs cō-  
iungitur, & in æternum non am-  
plius recedit: quia metalla nouit es-  
se de suis ossibus, carnem de carne,  
hoc est substantia sua. Verumta-  
men facilius admiscetur Soli Lu-  
næq;, quam cunctis cæteris liqui-  
dis corporibus: quia hæc sunt obe-  
dientiora, perfectiora, magisq; suā  
naturam participant. Recte om-  
nes

nes credebant, qui dixerunt, Mercurium esse perfectionem corporum metallicorum: quoniam fixatio eius sit sine interitu corporis proprij: fixando etenim non sit ignobilior, hoc est, non uertitur in terream substātiā sicut sulphur (modò naturalis processus figura do, aut calcinando habeatur, qui paulatim & successione temporis fieri debet, alioquin celeri impetu & ui, fieret præcipitatus, id est, in terrestrem ex parte naturam conuerteretur) imò præbet fusionem metallicā: cūm situ scide & dense substantiæ, & est fortissimè cōpositiōnis, uniformis, & similaribus partibus cōstās, in igne aut permanens, aut recedēs cū tota sui substātia, & figitur sine ipsius humidi radicalis proprij cōsumptione, ut nihilominus non conuertatur in terrestrem naturam. Proinde corpora omnia eo magis pfectiora, quo plus Mercurij

curis in se nacta sunt. Laudetur omni-  
um rerum opifex, Deus glorio-  
sus & benedictus, causa & melior  
natura, prima & optima, qui ex  
uilissima re preciosissimā creauit,  
quæ cum mineralibus fortissimum  
in natura tenet symbolū, qui huic  
rei, iniunxit substantiā, substatię  
proprietatem tam excelsam, ut ni-  
hil in elementato mundo reuera  
comparari queat: hocq; ignem ex-  
cedere, & ab igne nullam pati con-  
stat corruptionem, sed in eo stare,  
sua uiterq; gaudere: cuius opera dū  
taxat sola in nostro magisterio uti-  
nos oportet, relictis ceteris corpo-  
ribus, quæ igni comburuntur, tan-  
quam fauillis cineribusq; perfe-  
ctioris materiae.

## Caput quartum.

**M**Anifestum est, argentum ui-  
uum continere in se suum  
proprium sulphur, bonū & fixum,  
quo coagulatur in aurum uel ar-  
gentum

gentum, secundum diuersum mo-  
dum dispositionis. Philosophus  
commōstrat, argentum uiuum pu-  
rum, ui sulphuris albī non aduren-  
tis congelari in lunam. Sic cōsidera  
phuris optimi rubei & clari uirtua-  
te, quod quidem uim ignis præ se  
habeat temperatam, non combu-  
rentem, coagulari in elixeir absfo-  
lutissimi Solis. Nos quo quē ipsum  
benē docuisse arbitramur, quia nō  
fit aurum, nisi prius fuerit argentū.  
Transitus etenim duarum extremi-  
tatum, nisi medio interueniente fie-  
ri nequit. Sic de nigro (in nostra ma-  
teria) ad perfectum citrinum, nisi  
primò fuerit album, transitus esse  
non potest: quoniam citrinum ex  
multo albo paucissimo cōsidera  
compositum. Contrā, aurum fieri  
argentum, si prius non sit destru-  
ctum, corruptū & nigrum, non po-  
test: quādo quidem res melior, de-  
terior nunquam euadit absque sui  
corruſio-

corruptionē. Et notandum, generationē unius, esse destructionem alterius: nunc, qui nouit aurū convertere in argentum, scit etiam argentum trāsmutare in aurum: ideo quia sulphur non adurens album, potest per maiorem digestionem effici sulphur rubeum, cūm acceptio citrini caloris, nihil aliud sit, quā completa digestio, & albedo, nigre dinis ablatio. Calor agens in humido, efficit prīmō nigredinem, & in sicco, candore, in candido tandem citrinitatem. Hæc calcinādo plum bū facile experiri possumus. Nam cūm calcinando nitimur ipsius animam extrahimus, statim ab initio transfiguratur in cinerem nigrum, mox in album, ultimō in rubeum aut citrīnum. Sic etiam sulphuris albi & rubei ratio est habenda, quod itidē iuxta diuersimodā concoctionem operatur. Idcirco asseruere, omni argento inesse sulphur album,

album, omniç auro, rubeum. Tale uero sulphur scribit Auicena nuspiā inueniri in terris, nisi id quod ipsi corpori solem & lunam efficiēti aut constituenti infusum fuerit.

Hinc sit, ut solem lunam & chymici nixi sunt præparare, ex ijsç sulphur & argentum uiuum extrahe-re, & ueluti ipsa sub terra constitue-rūt perfecta metalla: ita hi, ipsis me-diantibus supra terram industria & arte, imperfecta corpora in per-fectiora ducere conati sunt: Sed rarissimè ex multis millibus, uix tandem unus prouenit ad esse-ctum: quia non est speculatio, nec opus cuiusdam artificis duræ cer-uicis.

*Caput quintum.*

**I**nquisitio lapidis nostri requirit hominem non solummodo do-ctum, sed constantem, perseveran-tem in opere uno & uero: Nam si operans uario & inconstantí ani-

B

mo, modò hoc, modò illud experti & tractare presumat, certè ceruinos in annos si uixerit & laborauerit continuè, imò nunquam ad metam perueniet. Quia ars nostra ne quaquam ex rerum multitudine constat, una enim est. Est unus lapis & una medicina, cui nihil extranei additur, illi nihil aufertur, sed superflua tolluntur. Omne sulphur, omne argentum, uuum uulgare, omnis externa humiditas, extranea & dicuntur & sunt, quod sui ipsius sunt cause interitus, & ad dita lapidi dissimilia producunt. Lapis noster nullis indiget nisi sui ipsius, similiaçp sibi in natura procreat. Et cum ex Sole & homine generari homines sciamus: ex brutis, bruta, Moneo sedulò artificem, ne operam impendet, aduentitijs in hac arte remedij, pulueribus, aquis, alijsçp rebus lapidi nostro dissimilibus, quibus aut uniuersis aut singulis.

Singulis cōplurimi hactenus quotidie conati sunt, nostrū lapidem & parare & emendare. Miror non parum, ipsos tempus (componendo aliquem lapidem philosophi-  
cūm) adeò stulte & imprudenter terere, cūm clamare strenuè tamen audiant expertos philosophos, ue-  
rum lapidem, naturaliter à Deo & astris natum & compositum esse. Et quæso, quid his friuolis medijs (age, similem lapidem te habere)  
emēdares: quæ potius adeò aduersa sunt, ut nulla ratione commissio nem eorū perferre possit. Etenim hic lapis diuinitus nobis demissus, peregrinis medijs mixtus, celeri-  
mē offenditur. Quocirca oportet nostram medicinam, similimam si-  
bi, in natura esse, ei in profun-  
do cohærere, eumq; tem-

perare & per-  
ficere.

## Caput sextum.

**Q**UERITUR nec immerito, ex quibus potissimum nostra medicina eliciatur. Respondemus, ex his in quibus præcipue consistit. Est autem tam in metallicis corporibus, quam in argento uiuo secundum naturam: cum unius naturæ reperiantur esse. In argento uiuo propinquior, in corporibus equidem magis concocta: cum corpus dignius aut purius nuspiam reperiatur Sole uel eius coniuge, scilicet Luna, & absq; quibus nullum elicetur argentum uiuum mox tangens: quia Aurum, aureum fermentum, Argentum argenteum facit. Qui argentum uiuum soli lunæc<sup>p</sup> coiungere, hocq; hs tingere nouit, magnum arcanū consequitus est. Hæc<sup>p</sup> tinctura ita parata ad Lunā à plerisq; chymistis, sulphur albū nuncupatur esse: ad Solem, sulphur rubeum. Ex patre & matre, ex auro &

ro & argento, nostra elicitur uera  
medicina cum suo sulphure uel ar-  
senico preparato. Potest mediussi-  
dius bona medicina, etiam extrahi  
ex solis corporibus, tamen facilius  
ex argento nostro uiuo, & perfe-  
ctius: siquidem Mercurius est ma-  
ter omnium metallorum, ab ipso  
nanque metalla generantur. Ast  
cum natura naturam amplectatur,  
sit, ut liquida hæc corpora in ipsum  
percitò resolui possint. Quamob-  
rem medicinarum omnium hæc  
est perfectissima, quæ rectâ origi-  
nem traxit ab argento uiuo: non  
autem esse materiam Mercurij in  
tota natura, nec in tota substantia,  
sed ex parte dicimus: Nam Mercur-  
ius ipsam illustrem facit, ab adu-  
stione defendit & conseruat, indi-  
cans se esse causam perfectionis. I-  
deo siue ad Lunam seu ad Solem  
affectes medicinam parare, extra-  
ctio autem ex corporum metallis

corum uel Mercurij substātia pro-  
cesserit, optimē factum puta, si di-  
ligenter lapidis preciolī substantiā  
consideraueris: Quia totus scopus  
artis est, ut Mercurio & Sole ope-  
reris ad aurum, Mercurio & Luna  
ad argentum.

*Caput septimum.*

**E**T si in prima naturae materia  
conniteremur operationes no-  
stras auspicari, tamē cūm foret plu-  
rimorum annorum labor, uix pos-  
semus eas fructu nostro ad usum  
terminare (taceo expensas infini-  
tas, quas requireret) At qui ubi tan-  
dem longo tempore grauiissimis la-  
boribus lapis arte factus de natura  
metalli præsens extaret, nihilomi-  
nus uerus processus transformatio-  
nis metallorū uix inceptus esset,  
cūm necessariū sit, ut lapis crescat  
ex natura duorum corporum prius  
quām efficiatur elixir ad albū &  
rubeum, & elix <sup>no'ongē mundius</sup> debeat

debeat esse auro & argento, si sal-  
uo manente pōdere perfectionēq;  
eius, uim nancisci debeat, ducen-  
dī imperfecta in perfectiora cor-  
pora. Quapropter certo sequitur,  
ut si sp̄iritus Elixeir nō purior sp̄iri-  
tu auri simplicis reddatur, nunquā  
maiores quantitatē atq; ipsius  
ponderabat, tincturum omneq;  
sumptus & labores inanes inuti-  
lesq; effecturos.

## Capit octauum.

**A**ccepto lapide, prima occurrit philosophica operatio, quæ est, ipsius dissolutio in suum Mercurium, quo reducatur in materiam primā. Hoc notauit philosophas 4 Metheororum, cùm diceret, Species trāsmutari non posse, nisi prius reducte essent in primam materiam. Cùm uero omnium metallorum prima materia primumq; elementum sit, argentum uiuum, recte ducebuntur species in argen-

tum uiuum: quo facto, indiuidea  
specierum, quoniam sunt actioni-  
bus sensibilibus subiecta, eo quod  
sunt interitui obnoxia, in aliam for-  
mam atque prius erant, bene per-  
mutantur. Sed non dicimus speciem  
argenti, quam uocant argenteitatē  
permutari in speciem aurī, aut aurei  
tatem, nec speciem cupri in speciem  
argenti commutari: quia uerē spe-  
cies (uniuersales cū sint, actioni-  
bus sensibilibus nō sunt subiectæ)  
immutari non possunt: Sed id uolu-  
mus, Indiuidea specierum tum pos-  
se mutari, cū forma illius indiu-  
dū sit corrupta, & in eius primam  
materiam dissoluta: Quoniam ne-  
cessariò introducitur alia forma, eo  
quod interitus unius formæ, sit in-  
troductionis alterius. Omnibus per-  
spectum clare est, nihil in rerū natu-  
ra esse, quod etsi destruatur, aliquā  
sibi tamen formam, ad hanc, uel il-  
lam operationem aptam & dispo-  
sitam

sitam retinere. Ergo laborandum  
nobis erit assidue studioseç, subtis-  
liando, calcinando, omnibusç os-  
peribus ad hanc artem conducenti-  
bus, ut lapidem resoluamus in na-  
turam primam, utpote in spiritum:  
sicç solutio corporis fiet congele-  
tione spirituum, & cōgelatio spiri-  
tuum cum solutione corporis: tūc  
enim miscetur corpus cum spiri-  
tibus, aut spiritu, fitç unum cor-  
pus cum eis aut eo, quæ nunquam  
separātur (ueluti aqua mixta aquæ  
separari non potest) Quandoqui-  
dem omnia tum ad suam naturam  
homogeneam primam sunt redu-  
cta: Nam prima homogeneitas me-  
tallorum est Mercurius, & cùm in  
ipsam homogeneitatē corpora sol-  
uuntur, simul & coniunguntur a-  
deo, ut deinceps sint inseparabilia:  
quod utruncç tum agit in suum so-  
cium sibi similem. Iam puto satis  
ostensum, quæ prima sese offerat

operatio, quæve ratione, quo' ue or-  
dine individua in aliam formā per-  
mutentur. Hocq; cum imperitis ru-  
sticis permutationem formarū sic-  
ri (ex semine iacto in terrā expe-  
riantur) item uitrearījs, qui de cīne  
ribus ultra; & alijs, qui de lapidibus  
calcem, econuerso qui ex calce la-  
pides parant, satis superc̄p constet,  
Non dubito, quin doctiores cre-  
dant, imò nouerint, Sed puto ip-  
sos sapientiores singulari industria  
per magisterium naturale, seu arti-  
ficium nostrum maiori commo-  
do, præstantiora corpora dissolue-  
re, illisq; nouam formam & nobis-  
liorem induere posse.

Caput nonum.

**I**Deo artes diuersæ sunt inuenta,  
ut per eas, quæ à natura erant  
imperfectè relicta & non comple-  
ta, compleremus & perficeremus.  
Quapropter, quanquam nostro la-  
pidi à natura diuinitus tinctura in-  
fusa

fusa sit, tamen artifice indiget, tan-  
quam medio inter ipsius extre-  
mitates. Extremū etenim una ex par-  
te est Mercurius & ex alia, Elixeit  
absolutum, Mediū, per quod itur  
ab uno in aliud, est artifex, qui uti-  
tur arte, qua redundantia auferat,  
digerat impurum corpus & conco-  
quat donec fiat fixum. Iis lectis &  
intellectis, prudenter inquirito na-  
turā lapidis, quid lapis, cuius qua-  
litatis, & cui lapidi amicus: tunc ala-  
cri animo crassum fac gracile, pon-  
derosum redde leuius, quod aspe-  
rum est fac lene, durities mollescat,  
amarū fiat dulce. Insuper, sciēdum  
ab initio operis pro Sole uel Luna  
nullam in magisterio esse differen-  
tiam: quia eodem sunt operationes  
rubei & albi, donec peruetū fuerit  
ad fermentationem, tunc etenim au-  
rum auri, argentum argentī fer-  
mentum sit, Tunc unaquæcū spe-  
cies cum specie sibi simili, unum  
quodcū

quodq; genus suo cum genere ad-  
misceatur. Qua de causa recte ue-  
teres dictitarunt, aiendo, Quære à  
natura id, quod in ipsa est: Nā res  
diuersarum specierum in fermēto  
iungere, errorem parit. Et si come-  
das de filio, cuius mater  
menstruum patitur,  
fies lepro-  
sus.

**ROSA**

and the author's name is given as "John G. Brumley". The page number "10" is also present at the bottom right.

# ROSARII PARS ALTERA.

## Caput primum.



X præcedente li-  
bello ostēsum est,  
operationem me-  
dicinæ nostræ ni-  
hil aliud, quām na-  
turæ esse opus, i-

psamq; medicinam esse naturam  
eandem: cū illam ipsam medici-  
nam cōstet esse ex natura mixtam:  
Quia certum est, omnem rem esse  
ex eo, in quod resoluitur, Exemplo  
est Glacies, quæ mediante calore  
conuertitur in aquam, ergo aquam  
priorem glacie fuisse, quis dubita-  
bit: Sic lapis noster dissoluitur in  
Mercurium: sequetur ideo ipsum  
ex Mercurio ortum esse. Et ars ip-  
sum conuertendi, est conuersio na-  
turarum in suam primam radicem,  
sed

sed natura conuertitur, si elementa  
circulariter rotentur, Et ideo Ele-  
menta generantur, corrumpuntur,  
& in se mutuo commutantur: quia  
sunt mixta non simplicia & trans-  
mutationi obnoxia. Ita immutadæ  
qualitates, frigidum calido, humili-  
dum siccō: obseruandaq; est talis  
commixtio, quæ sit amica naturæ.  
Veruntamen siccum in humidum  
uix couertetur priusquam fuerit fri-  
gidū: nec frigidum in calidū anteq;  
humectatū sit. Tali ordine terra lu-  
tescens & dissoluta fit primō aqua,  
atq; illa indurata densataq; fit ter-  
ra, per calorem deinceps euapora-  
ta transit in aërem, & ille magis ca-  
lescendo & attenuando, in ignem,  
& hic, extincto summo calore re-  
uertitur in aërem, qui crassior & fri-  
gidior factus aqua existit: hæcq;  
densior, grauior & siccior facta, fit  
terra aut lapis, uel sulphur, ceu hoc  
ex fulmine manifestum est. Ibi nūc  
obseruare

obseruare licebit, aërem & aquam  
esse media elementa, ignem & ter-  
ram extrema. Et quemadmodum  
se habet ignis ad aërem, sic aér ad a-  
quā, & aqua ad terrā. Rursusq; siccus  
terra ad aquam, sic illa ad aërem, atq;  
hic ad ignem. Horum elemento-  
rum unumquodque duas effectri-  
ces formarū qualitates habet, qua-  
rum priorem sibi propriam reti-  
net, in altera tanquam media con-  
uenit cum sequenti. Est enim ignis  
calidus & siccus, terra sicca & frigi-  
da, aqua frigida & humida, aér hu-  
midus & calidus. Hocq; modo se-  
cundum duas qualitates cōtrarias  
hæc sibi repugnant, ut, ignis aquæ  
& terra aër. Vbi autem converte=  
ris siccum in frigidum, frigidum in  
humidum, humidum in cali-  
dum, calidū in siccum, tunc  
habes totum magiste-  
rium artis no-  
stræ.

Caput

## Caput secundum.

Primū officiū artificis est, ut la-  
ppidem nostrū reducat in suum  
argētum uiuum: quia tunc is, com-  
pos fieri reducēdi Solem & Lunam  
ad naturam priorem. Sed cū scia-  
mus Mercurium habere quandam  
fœdam terream naturā, substanti-  
amqe aquosam, operæ pre cium e-  
rit, ut illa ab eo tanquam immūda,  
quæ impedimenta nobis futura es-  
sent, adiunctionem facerent, aut in aé-  
rem transirent, aut nimis pinguia  
permanerent, fixionemqe in proie-  
ctione perfectam minime admitte-  
rēt, summo studio auferantur. Pos-  
sit aliâs accidere, cūm arbitrareris  
te illo Mercurio effecturū aurum,  
aut argentū, faceres aut plumbum,  
uel stannū, vel æs, vel ferrū (hæc qe  
etenim omnia arte fieri queunt)  
aut ut Mercurius quiesceret in suo  
impuro gradu, nihilqe lucrareris.  
Proinde, ne desidia tua id uitij com-  
mittatur,

mittatur, auferenda superflua diligenti sublimatione sunt, ut sequentia clare docebunt.

*Caput tertium.*

**A**rtis remouendi superflua lapidis est, sublimatio in uitro, bina scilicet, uel terna, aut unica saltem, modo redigatur eius substantia in colore niuis, & cum candissima extiterit, statim eam feruenti aquae, ut in Mercurium resolvetur immittit, postea abstrahe totam aquam ab eo, Nec poteris nisi huiusmodi fuerit purgatus, commodo tuo eius opera in arte nostra uti: Vnde stimulū accipiens Auicenna, autumabat Mercurium in primis debere sublimari, moxq; dissolvi in primam materiam, tuncq; iterū sublimari &c. Quod si sic Mercurius fuerit præparatus, dignior redditus & solitus, immittas huic corpora mundissima, æquali lancea librata, (considerando id sem-

C

per, quod suprà dictū est, non com  
mīscēndo uidelicet unius lapidis a-  
quam, cum aqua alterius, alio' ue a-  
liquo lapide, siue rubedinis tinctu-  
ram cum albo) s̄epissimè de digni-  
tate in dignitates euecta, diligen-  
terq; tua uasa uitrea cooperias, ne  
spiritus in digestione aut lauando  
aut subtiliando euolet: quia ualde  
penetrans, subtilis & potens est,  
cùm sit quinta uera essentia philo-  
sophici lapidis, tam munda atq; sim-  
plex, ut haudquaquam immeri-  
zò comparetur spiritui aut animæ,  
quæ, quām facilimè liberata ab im-  
mundo corpore animalis sursum  
tendat, & euanescat, superuacaneū  
recitare foret. Sic nihil aliud de sum-  
ma atq; cœlesti essentia nostri lapi-  
dis imaginabere, illamq; studiosè  
custodi, diligēti deliberatione pre-  
habita, quomodo unaquæq; opera-  
tio, quo ordine & tempore incipi,  
continuari & ad finem perduci pos-  
sit,

fit. Prior sit purgatio, sequatur exsiccatio, mox exordine successionis calcinatio, quae a de pol temperato igni magna industria auspicanda, hic opus, hic labor, paulatim in quo moderato calore incalescat materia, paulo post augeatur uis ignis, tandem accrescat ad summum gradum, ut totum uas incandescat. Tunc sic procedendo admiraberis summopere mirandam operacionem naturae, ibi cernes lapidi contraria & impura miserabiliter lametari, lachrymas excutere igne cruciari & perire, Imo uidebis hinc inde ueluti ex inferno, spiritus misericordie profilientes & uolantes, uariae corpora assumentes. Praeterea, animaduertes nigrā & horrendā aquilam ascendere eminētiorem montis locum, & nigriorem horribiliorē reddi. Tandem ubi natura, animi tui fortitudinē sentierit, durauerit & expulerit immūdos

atrocissimosq; spiritus omnes, ex  
antro resurget candidus, placidus,  
sed satis seuerus senex, ut tuto li-  
ceat cum comico dicere, Vscq; adeo  
senes obsecro hosce nostros næ im-  
mutari: Ut non cognoscas eosdē.  
Hūc hūc dico demortuū senē, qui  
suam abiecit senectā, qui mortu-  
us fuit, & ex morte resurrexit, qui  
iam pridem à calore conceptus, in  
igne iam nutritus, ab igne ex secū-  
dinis liberatus, & in lucem produ-  
ctus, amplectere, frigido humido  
actu calido inīce, ut purgetur, si-  
cutim̄os consuetus hominum est,  
exortos uidelicet iam aqua lauare,  
(hoc & quadrupedia obseruant,  
quæ saliua & lingua expoliunt fo-  
tus) à menstruali sorde mundare,  
& magna diligētia sudores eorum  
tollere, Huncq; ipsum dico patien-  
ter sustineas, foueas & pascas, hoc  
continua tam diu, donec omnis ma-  
eria crassa incidatur, uiscosa atte-  
nuetur,

nuetur, dura fiat mollis, densa subtilis, robur nouiter nato adhibeatur, spiritus & corpus commisceantur, uniantur, libenterque se mutuo frueat. Tandem nec id (omnibus notissimum) prætereundum est, cuncta scilicet mixta, siue elementata temporis ratione senescere, nitore amittere, aut saltem, si non ægra (quia senectus non est morbus) tam subitaneis morbis obnoxia indies fieri, Id nostro gnato quoque ex operantis negligentia accidere potest, si eum non bonis moribus instruat, nec cibo boni succi enutriat, nec pharmaco interdum expurget, curetque salubribus in locis commorari. Quapropter, Medææ sacerum, qui totum suum effudit sanguinem antiquorem, animam edidit, aliamque uitam nobiliorem mox recuperavit, renatus & mirifice edulij sua prioris nutrimenti, in optimo, sibiisque acceptissimo aëris

temperamento enutritus, robora-  
tus, absq; mora in purgatorium du-  
cito, ut ope catartici (ignis qualis-  
tatē habens) omnis succus (si quem  
nactus sit) aqueus, aut crassus & de-  
prauatus abiectatur. Hæcq; Medici-  
na non commodior perfectiorq;  
fiet, quam ex diuisione quatuor ele-  
mentorum.

Caput quartum.

**R**Enatus noster senex, reueren-  
ter dum senescat suscipiéndus,  
exquisito purgatorio, hoc est, sepa-  
ratione elementorum expurgan-  
dus, iterūq; poliendus. Quod cùm  
nequeat fieri antequam præparen-  
tur humores, in primis incipiemus  
docere præparationem, hæcq; sic  
fit, Accipe cygnū mellifluū, qui sit  
generosissimus, permitte, ut aliquā  
tulum putrefeat, quo eius partes  
elemētales dissoluentur, erintq; ap-  
tæ ad partiendum in quatuor ele-  
menta. Sic is putrefactus & dis-  
solutus

solutus ad sufficiētiā, poni debet  
in cucurbita, & lento igne ab ini-  
tio distillari, & tali continuari, do-  
nec egrediatur liquor lympidus &  
albus, pituita scilicet. Deinde au-  
geatur paululum ignis, & sublima-  
bitur per pīlei rostrum, ipsius san-  
guis, & cholera, citrinum referens  
colorem. Terra aut melancholia in  
fundo alludellis permanebit. Notā  
dū tamen est obiter ad extrahēdū  
aquam sive humorē pituitosum di-  
stillationem fieri debere in uapore  
aquea, aut aptetur Alludel in aqua  
pura, simplici & calefacta (hanc di-  
stillationem Balneum maris nomi-  
nant) & recipiente colligatur ele-  
mētum aqueum. Vbi materia ex-  
sudauerit, uasque infrigidatum fue-  
rit, auferri ex balneo, & super cine-  
res cribratos reponi debet, addi-  
tisque carbonibus paulatim inca-  
leat, semper augmentando ignis  
uim per gradus, quo usque oleū (aē-

rem uidelicet & ignem) ex terra penitus extraxeris. Usus horum est ualde magnus: Quoniam ignis & aër colorem præstant, & fluida faciunt, Aqua abluit & mundat, Terra exsiccat & figit. Ideo oportet, ut sit aquæ & aëris bona quantitas: Quia copia tincturæ tanta futura est, quanta fuerat aëris multitudo. Impendas studium itaq; charissime in eo, omnibus in tuis operationibus cum Mercurio nostro, ut satis habeas de aëre. Nam per ipsum solum in chymia multa fieri possunt. Et quamvis nostram oporteat nos medicinā, diu assare in igni, illamq; igne nutritre, sicuti enutritur puerulus ubere, tamen non magnos, sed perquam exiguos sumptus requirit.

## Caput quintum,

**Q**uantumuis uulcus Alchymistarum, perfectam tincturam non tantum aëri, sed aquæ etiam inesse

inesse putet, tamen ualde ipsos im-  
propriè hanc probare sententiam  
adseuero: Quoniam oleum, id est  
aërem, tincturam efficere, & a-  
quam rem solummodo mundiorē  
facere, exemplo cōmonstrabimus.  
Si pannus submergatur in aquā, de  
inde extrahatur, exsiceturq; Est  
quidem mundatus, & magis ablu-  
tus, sed cōseruat sibi colorē, quem  
prius continebat. Contrā, pannus  
intinctus oleo, tincturam quādam  
ex potestate ignis & aëris, quæ ip-  
si inest suscipit, hancq; tinctionem,  
ualde difficile quis aufereret, nisi per  
aquam & ignē, hoc est mundando  
& exsiccando: Aqua igitur est spiri-  
tus extrahens tales animam à cor-  
poribus, cùm autem anima sic ex  
ipsis corporibus sit extracta, tunc  
permanet in spiritu: quia is factus  
est sedes huius animæ. Anima illa,  
est tinctura soluta in spiritu con-  
tentā, ceu tinctura (textoris aut

opificis, qui tingit pannum) dissoluatur & continetur in aqua uulgi. Verum, sicuti ipsorum aqua per exsiccationem recedit, & tinctura, fixa, in pane propter oleosam natum persistit: ita & nostra tinctura a materijs uix auferetur amplius: immo nunquam in aeternum si fuerit rectificata, absoluta & fixa facta. Id & uerum est, aërem, non perfectissimam efficere tincturam absq; aqua nostra: Quia anima non moratur in corpore sine spiritu, & eeu spiritus amplectitur animam, sic anima metem siue intellectum purissimum, & corpus comprehendet spiritum, tumq; separatur nullo modo, cum se mutuo firmissime retinent. Adplicanda etiam erit anima terræ albæ, ut hac congelentur, figantur, seq; retineant & ligent vinculo Herculeo. Sicut etenim perdices fugientes falcone uenatur, & captas eodem retinemus,

quo

quo uolentes nolentes nobis, qua-  
si fixa, terrea corpora & immutabi-  
lia usui sint, ita hac terra, si bene cō-  
misceantur inter se, ignem, aërem,  
aquam, mentem, animam & spiri-  
tum corpori adhærere efficimus.  
Iam si anima cum mente à terra a-  
scendat in cœlum, iterumq; ad ter-  
ram reuertatur, uim inferiorum &  
superiorum consequitur.

Caput sextum.

**A**ntequam te chymista charis-  
sime conuertas ad singulares  
ablutiones, aërem & ignem etiam  
in uas uitreum firmum loca, sepa-  
rando distillatione ignem ab aëre.  
Et quod per canaliculū pilei tran-  
sit in recipiens, est aér, uidelicet o-  
leum, tinctura, aurum & anima phi-  
losophorum, unguentum precio-  
sissimū, quo totum absoluuntur ma-  
gisterium. Ignis in hac secunda de-  
stillatione, is est, qui in fundo uitri  
hæret, siccus, ruffus uel niger, uelu-  
ti in

ti in prima distillatione terra. Quare uero ignis cum aere & non aqua, prima distillatione egressus & commissus sit, posses equidem primo intuitu admirari, uerum ubi rectius consideres Heracliti sententiā, qui professus est, omnia fieri per litem & amicitiam, nihil moraberis porro, quia magna est antipathia aquae & ignis, sed ignis & aeris amicitia uehemens ob calorem innatum. Aer distillatur cum igne, quod ipse fit tanquam aqua tincta, eius tinctura est ignis, corporis loco, & aer, spiritus ignem deferens, Si ergo aerem miscueris cum igne, statim erit rubeus, & semper se diligent. Quocirca quodcunque uolueris tingere in citrinum colorem, fac igne lapidis, & erit rubeum semper.

Caput septimum.

CVM ut diximus elementa in-  
ter se disiuncta fuerint, aquam  
& aere-

& aërem subtiliabis, aut ablues di= stillando septies, unumquodqz sci licet separatim. Et quoniam aqua hæc, abluet & dealbabit terram, fa ciens tincturarum matrimonium, ac aër terram tinget infūdetqz ani= mam, faciens eam sensibilem, fieri oportet ut duo illa prædicta elemēta à sordibus mundata tueantur ab adustione, quo usqz ipsorum tinctura capta sit: Nam si adurarentur, simul & effectu priuarentur, donec rursum in fimo digerētur. Idcirco, in= humatio in fimo inter distillatio= nes interposita plurimū iuuat, pera ueniēdi ad perfectam ablutionem. Signa perfectæ distillationis sunt, splendor & cristallina serenitas, & absqz fecibus, exceptis aliquot al= bis. Feces aëris, quæ in singulis ab= lutionibus comparebunt, semper tolle, & adde igni: nam sunt ignis, tendentes ad nigredinem uel rube dinem, quas oportet terere, irrigare aqua

aqua prima, & suauiter in pulue-  
rem urere, ut liberetur ab aëris hu-  
miditate. Ita tandem, oportet feces  
& aquam coniugere cum terra, i-  
gne accenso fortiter calcinare, do-  
nec absq; succo candida extet, ignis  
calcinandus est igni, terra cum ter-  
ra quo usq; fiat munda omni nigre-  
dine expers. Quod ascenderit de  
igne, rubeum oleum erit: quod ex  
terra, album, & summo in precio  
habendum: quia id quod tardius à  
corpore disiungi potest oleū, pre-  
ciosius habetur alio.

Caput octauum.

**V**T aëris crassitatem igni addidi-  
sti, ita ignis feces terræ adden-  
dæ erunt: cùm hæc in siccitate con-  
cordent, & se inuicem amore pro-  
sequātur. Iam opus est, ut tertium  
officium chymistæ adgrediamur,  
quod est, irrigatio terræ siccæ cum  
aqua humida, Qua de causa, terræ  
ita bene siccā factam, tere opti-  
mè, tunc

me, & superinfunde ex prima aqua ipsi aliquantulum, & calcina. Hoc repetas quousque ipsa terra imbibet de sua propria aqua quinquegesimam sui partem: quia ab exordio oportet modica aqua terram enutrir, postea maiori (sicut natura enutriendo infante aperte docet) Ergo sapienter & optimè conterendo terram, fac pauculum exhaustum aquæ, & de octo in octo dies fiat inhumatio eius sub fimo, deinde iterum mediocriter in igne calcina, nec tandeat hæc multoties iterare: Nam si aqua & terra non intacta cōmiserentur tanquam essent unum & idem corpus, operam omnem perdidisses (agros & prata sìne frequenti aut stercore, aut irrigatione nō fructus copiosè adferre, nimirum nouisti plus fatis) Ideo iterum atque iterum moneo, ut perseueres in hoc opere utilissimo, neclaboris te pœnitias, sed pergas contempsas.

conterendo, imbibendo, assando,  
donec aqua nulla amplius adfue-  
rit, hoc est penitus imbibita à ter-  
ra alba sit (trituratio cōtinua & for-  
tis, & calcinatio efficit candorem)  
Sed maximè necessariū est, ut pon-  
dera horum omnium explorata te-  
neas ad unguem, alioquin abūdās  
siccitas, uel superuacanea humidi-  
tas per te, inepto administratore,  
opus preciosum ita rumperent, ut  
ad uerum finem nunquam perue-  
nire posses. Itaq; tantum decoque  
assando, quantum liquoris siue dis-  
solutionis adieciſti, Tantumq; im-  
bibendo dissoluas, quantum assan-  
do detraxisti: hoc est, Geometricā  
proportionem æqualem obseruan-  
do: imò omni uice (ut eo melius im-  
primam summè necessariam rem,  
& ideam eius artis perfectam con-  
cipias, cogor cantilenam eandem  
ſæpiuscule canere) post calcinatio-  
nem terræ, infunde mediocriter a-  
qua:

que: Quoniam si quātitas aquē fue-  
rit nimia, fiet pelagus conturbatio-  
nis. Si non satis, materia propter  
uim ignis redigetur in fauillā: Quā  
obrē, suauiter successiuecū de octo  
in octo dies terrā irrorabis, fimo se-  
pelies, igne cremabis, quo usq; im-  
bibat quinquagesimā sui partem.  
Sepelies fimo, dico: quia post imbi-  
bitionem oportet per dies septem  
ad minimū inhumari. Proinde non  
inficio hoc opus nostrum, esse ope-  
rationem diligentī laboris, & pluri-  
morū dierum, antequām quis re-  
ctum faciat emolumentum: & hēc  
est ratio, cur suprà dictum sit, ope-  
rantem in hac arte debere esse con-  
stantē, & in labore perseuerare: quo  
niam tinctura, aut prouentus siue  
lætare (ut uulgo dicitur) non acqui-  
ritur priusquā totum & debitē com-  
pleatur magisterium. Sunt præte-  
rea semper obseruandi tres prius  
dicti præcipui colores, Hi cùm sint

D

uerissima signa boni processus, Nā  
semper post imbibitionem ubi tra-  
ctaueris rem igne mediocri, adpa-  
rebit nigrities: quia calor agens in  
humidum præstat atrum colorem,  
igne ad aucto candor corporis sese  
ostendit: cùm calor actiuus in sicco  
operetur ad albedinem.

## Caput nonum.

**Q**uarta particularis nostra ope-  
ratio est, ut stabiliemus ele-  
menta: quod sulphur nostrum al-  
bum debeat figi cum argento, &  
tuberum cum auro. Hocq; eam ob-  
rem, quod citra mixtionē ferme-  
ti nostra medicina nec Saturnum,  
nec Iouem, nec Martē, nec Solem,  
nec Venerem, nec Lunam, nec seis-  
psum ritē tinctum producat. Sed si  
fuerit iūctum corpori sibi à natura  
simili, certè non quiescit usque quo  
totum corpus in sibi & fermento  
simile conuertat: Nam fit, ut coap-  
tet & trāsformet se in naturam, co-  
lorem

lorem & saporem fermenti, si recte  
poterat fuerint & spiritum & fer-  
menti adhibita: Quia, si quantitas  
sulphuris uolatilis fuerit maior cor-  
pore, tunc ligamentum sponsalio-  
rum uerteretur in spiritus fugam,  
non fixi. (Et sulphura non median-  
te aqua, haud ingrediuntur corpo-  
ra: cum se aqua tanquam medium  
& gluten fermenti & sulphuris ha-  
beat) Ordo commissione talis sit,  
primo (ut Avicenna docet) ordine  
tur terra: quoniam penes fermen-  
tum se habet. Secundo, aqua: quae  
proxima terrae est. Tertio, aer: quod  
prope aquam sit. Quartus, ignis: qui  
propinquus est aeris. Verum ignis  
elixerit ad Lunam non est immiscen-  
dus totus: quod perficiatur ferre tri-  
bus elementis. Sol autem quatuor  
rotis siue circulis utitur, Nunc ape-  
ri & claude, solue & liga, abluere &  
desiccare, moxque aureum malum au-  
feres.

## Caput decimum.

**N**Ecessariò hoc artificium petit fieri disiunctionem elementorum: quia aliás Mercurius minime desponderetur corporibus metallicis, cuius projectionem facere artifex intendit, imò nullo modo perfectè alioquin colorē inderet, & spiritu diligeret corpus. Ita, ut si non totum id quod immittis Elixeiri, sublimatū sit, aurum & argentum imperfectū efficit, hoc est aēreū: Quia si corpus non præparatū fuerit, ignē sustinere nequit, Quòd si non debitè hoc calcinaueris, aequaliter addideris, hoc est, indurando & emolliēdo, erit equidem Sol aut Luna, sed ineptum ad ferēdum extensiones per malleū. Ergo calx quæ Elixeiri immisci debet in primis adeò est sublimanda, ut sit omnino pura, simplex & quasi uiua. Cùm autem tandem ex simili medicina sit projectio auspicanda, effectivo

ficio calcem de tali siue simili ma-  
teria, qualē efficere desideras, hoc  
est, in fermentum mitte aurum, ubi  
Solem facere intēdis. Usus est mul-  
tiplex & magnus: quoniam, quo-  
tiescumq; sublimaueris corpus cum  
commīstione sublimati spirītus, to-  
ties lucraberis in proiectione mil-  
le partes: Nam quanto sāpius alle-  
uiatum aut euectum fuerit corpus,  
in tanto fies fortunatior: quia pote-  
ris id consequi, ut unum pondus,  
centum trāsmutet pondera, & cen-  
tum mille, & mille decem millia, &  
decem millia, 100000. Et mille mil-  
lia, centies mille millia; sicq; in in-  
finitum.

*Caput undecimum.*

**O** Portet tamen naturam nostri  
lapidis ut perspectam habeas-  
mus, & nunquam obliuiscamur,  
quantum in omni operatione de  
prima eius natura secedere aut ua-  
riari possit: Alioquin progressio &

peris nihil aut admodum parum uareret. Cogitadum propterea, illum resolutione uergere in naturam frigidam & humidam, Dum autem abluitur accrescere in humido & calido, Quod si fiat reductio, sicca & frigida praeualet qualitas, In fixione, adponitur ipsi Mercurius calidus & humidus & præparatus, ultra illum, quam naturaliter habuit ante suam solutionem, Nunc mediare eo diligentius huius lapidis variationes & reuersiones, quomodo uidelicet in quois opere differat a priore alio & reducatur, atque s̄t̄ies non leuam inanemq; esse speculacionē, Et memineris omnem mutationem fieri, in melius, aut in peius, aut in sibi simile, Quod si acciderit in deterius, dolendum & damnum est: In sibi simile, artem transformationis uerā percipimus esse, sed nihil lucrī auferimus, In melius, iubilandum, laudādus dominus Deus, & ma-

& maxima sequetur commoditas,  
ideo conuerte ipsum lapidem de  
bono in melius.

## Caput duodecimum.

**S**Vprà ubi docuimus reductio-  
nem,& capite octavo,diximus  
nostro subiecto lapidis philosophi-  
ci tres primarios colores in coniun-  
ctione inesse,utpote nigrorē,can-  
dorem,& ruborem,Nigrorem e-  
tiam præcedere & sequi candorem  
causamq; addidimus &c.Priuinde  
summo studio cauedum,ne celeri-  
ueratione uenēris primō cygnūm,  
aut ipsius nigros pedes,uel rubeū  
rostrum amputes:quoniam tinctu-  
ra periret.Quod si tale quiddā ma-  
lo casu tamen accidisset,disce ex  
hac nostra regula uitium corrige-  
re,quæ sic habet,Inhumato sub fi-  
mo hoc album uel rubeum præter-  
naturale,cum eius succo,tam diu,  
donec decoquatur & conuertatur  
in nigrum liquorem,& hac uia tol-

Ies adustionem, & reuocabis siue  
restaurabis humidū prius amissum.  
Si contingat ut hoc pharmacum  
illud corpus ægrum sibi non adiun-  
geret, statim dissoluendo subue-  
nias, dissolues uero facile cùm ni-  
mis existat calcinatum: Quia ea de  
causa corpora cremuntur igne, quo  
citius soluantur. Et soluntur, ut ma-  
gis mundetur & fundatur, ac ut ab  
ea, corpora suscipiant meliore im-  
pressionem aut ingressum, & facile  
imprimat materiæ fusionem: cùm  
solutio nil aliud sit, nisi conuersio  
materiæ in humidū, per quam sul-  
phuris falsedo aufertur. Vbi error  
in fixione cōmissus sit, (quod ex eo  
intelliges, quando medicina non  
tota persistit in igni) succurre repe-  
tendo congelationem, & per mul-  
tiplicem non fixæ partis solutio-  
nem super partem fixam, donec in  
ignis asperitate perstet, omnino ni-  
hilei discedendo. Quòd si fusioni  
resiste-

resisteret, tūc euenisſe ex mala ince-  
ratione certū est, redige in melius  
oleo, hoc est aēre, immittendo gut-  
tas aēris donec fluat, ceu cera in i-  
gne temperato.

Caput decimumtertium.

**O**MNIA consistunt sub definito  
termino & debita dispositio-  
ne, unicuique rei pondus mensu-  
raçp certa statuta est. Sic, utrū huic  
medicinae excelsæ hoc ueluti alijs  
à Deo creatis & hominum nego-  
tijs, inditum sit, arbitror nemini  
dubitare: Nam, quanto res  
est sublimior, tanto plus perfecti  
ordinis desiderat: Cūm uera hæc  
materia sit uehementer magna,  
preciosissimisçp uiribus constet,  
hercle bono, fideli & constanti  
philosopho per quem perficiatur  
indiget, qui semper uerum ordinē,  
debitū progressum, uerumçp pon-  
dus in omnibus operationibus chy-

mīcīs cōsideret, iuxta rationēm scī-  
licet rectam iustē adæquationis. I-  
tacq; tanta industria hac in re obser-  
uabis pondera elementorum, ut a-  
quæ & aëris proportio, sit sesqui-  
teria, Terræ autem & aëris super  
partiens quinq; sextas, & terræ fer-  
mentū sit tripla proportione cum  
sulphure albo:ut pote, si fuerit unū  
pondus sulphuris albi, tria sint fer-  
menti pondera. Quantum autem  
aëris & aquæ habueris, tantum ter-  
ræ minus quarta. Exempli causa ad  
Lunam, Sit pondus duarum libra-  
rum & tribus quadrantibus terræ,  
uidelicet fermentatæ, Aquæ dua-  
rum librarū, unius libræ cum dimi-  
dia aëris, & erit elixeir bonū. Verū  
tamen cùm Sol sit magis calidus q; Luna, ipsum efficiendo, debet pro-  
portio aquæ & aëris ad terram esse  
sesquialtera, & aëris ad ignē sit du-  
pla proportio: quia pondus ignis  
debet mediū aëris & aquæ tenere,

nec

nec quicquā est auferendū, nec ad-  
dendum: Quoniam si plus iusto a-  
qua esset copiosa, ignis energia de-  
leretur, Rursum, terrę abundantia  
ignē quoq; suffocaret. Verūm uti  
docuimus, si rite obseruaueris pon-  
dera, aér ita enutriet ignem, ceu a-  
qua terram: cùm ignis, uim accipiat  
aut uitam cōparet (ut sic dicamus)  
ex aére: Aér, ex uirtute aquæ: Aqua,  
à terra. Quocirca, sige aquā in ter-  
ram, ut aér figatur in aquam, sed a-  
qua non figitur sine terra, & ter-  
ra per se fixa retinet & ligat secum  
alía elementa: Aqua autem, quæ est  
humida & frigida, terram circūdat,  
cōstringit & tenet: cùm frigidum  
& humidum siccitatem constrin-  
gunt, Atqui ueluti siccitas grauiter  
impressionem recipit, adepta uero  
firmiter retinet, ita aqua citò uarias  
formas admittit dimittitq;. Et aér  
aquam suo conuexo tenet, claram  
facit & raram, tingens & figens ter-  
ram,

ram, ut sit idonea ad extēdendum  
& fundendum. Ignis autem uniuersa  
haec subtile reddit, maturescere &  
rubescere efficit, aērem immistum  
firmiter cohārere facit, terrae & a-  
quę frigiditatem cōstringit tam e-  
gregiē, ut in se inuicem fiant æqua-  
le, idem unum & sanum corpus.  
Hac de re diligentissimè obser-  
uanda sunt pōdera, modi & fines,  
iuxta constitutionis corporum si-  
miles, & dissimiles qualitates, ut  
non auaritiæ tuæ uitio & festinatio-  
ne arbor prouocetur, & cogatur  
abiectis gēmis, spoliata fructibus,  
nudata, quæ alioquin proclua e-  
rat ad proferendum mala granata  
existere, Medea etenim iracunda  
facile lēditur, atqui iudicat uoluisse  
te uires Iasonis amici & proci eius  
aut tentare aut omnino in pericu-  
lum deducere: quo circa, ubi Pelia  
lassum exhaustumq; uiribus intue-  
tur, singit quidem se redacturam i-  
plum

psum in pristinam floridamq; for=  
mam, interea tamen flamma ignis  
medicinā immoderatē coquit, san=   
guinem Pelīæ extrahit, proprijsq;  
manibus interficit, tandemq; aufu=   
git insidens draconibus teterrimis,  
teq; delusum & perturbatum re=   
linquens.

Caput decimumquartum.

**N**Otissimum est corpora salu=   
briora eo esse, quo magis hu=   
midi radicalis in se contineat, tūcq;  
illum spiritum aut uitam firmissi=   
mē retinere. Hæcq; humiditas ac=   
quiritur, & acquisita tenetur in cor=   
poribus, si hæc sint munda, optimè  
constituta, & in genuina proprie=   
tate conseruata, imò quantum fieri  
potest in illa simplicissima: Sim=   
plex illa mundities uero, & conse=   
quitur & continetur nostro huic  
seni, inhumatione & distillatione.  
Proinde, priusquam infundamus  
corpori sanguinem, oportet ut id  
sit an-

sit antea mundatum: alioquin, ubi  
exuperantes humores, siue illam i=  
psam intemperantiam non eieceri  
mus, Quemadmodum potu ac=  
cepto ante cibū sumptū, uenter hu=  
midus efficitur, intumescit (quod  
cibus præcedere debeat potum)  
nec (ut debebat autem) siccū de fa=  
cili attrahit: ita nostrū illud cor=  
pus non optimè ablutum expura=  
gatumq; , certè difficilius tingitur,  
commiscetur & figitur: Itaque  
qua ratione cibandum potuque  
refocillandum breuiter nunc per=  
cipies: ciba partes tres Lunæ finis=  
simæ, minutissimeq; limatae aut fo=  
liatae, cum duplo sui Mercurij al=br/>bi, hæcq; simul fortiter contunde  
supra Marmor rubeum, aut por=phyritisidem, pistillo, eosque, do=ne  
c Mercurius penitus hanc imbi=bat, sicq; in se resoluat, ut ueluti bu=tyrum mollescat, tunc ablue aceto  
& sale communi præparato, quo=usque

usque acetum ab illa mixtura egre-  
diatur lympidum, postea salem a-  
qua dulci & clara aufer, exsicca a-  
pud ignem: Deinde adde sulphu-  
ris praedicti albi, sublimati & con-  
gelati partem unam, ea simul opti-  
mè incorporando, ut fiant unum  
corpus: quod incera cum una par-  
te suæ propriæ aquæ, inceratum  
sublima paulatim, paulatimq; ig-  
nem semper adaugendo, donec  
quicquid in eo fugitiuum fuerit, sub-  
limetur, Tandem ubi iterum Allu-  
del refrigeratum fuerit, ea, quæ ad  
latera uasis fugerant, siue connexa  
erant, excipe, & iterum cùm tan-  
tudem ipsius aquæ propriæ, pistil  
lo misce egregiè, illaçq; reduc ad fe-  
ces, iterum & rursum imbibitionē,  
assationem, & sublimationē repe-  
tendo, quo usq; fiat ut pasta, & pro-  
tinus imbiberit duplam quantita-  
tem aquæ propriæ, fixumq; in igne  
permaneat, nihilq; planè per ip-  
sum,

sum, aut in ipso, patiatur à se suō corpore sublimari. Idq; tamen sic ultimò fieri uerissimum est: Nam sulphur fixum cùm sit coagulans, naturaliter congelat suum Mercurium, ubi percipit se adiuuari frequenti repetitione sublimationis. Cuius rei nobis exemplo potest esse terra & aqua: Quæ, si admista fuerit aquæ, per Herculem comperimus eam exsiccare & imbibere sua terrea siccitate, quod aqueum est, quæ terrea siccitas aquam incorporat, densiorem efficit, sibiq; adsimilat in crassitatem: Ideoq; fit, quod omne siccum à natura adpetat humidum, & id sibi contingat adeò, ut postea sint corpus continuum. Sic uideamus apertissimè naturam ualde & ubiq; esse sollicitam, ad allicendum, ad attrahendum, sibiq; coniungendū alia, & in sui ipsius formam mutandum. Hinc euenit sufficere laboris nostri opifici, si nouerit extinsecē

trinsecè naturam prudenter dispo-  
nere & naturę addere: Quia tum i-  
psa sufficiēter laborat intrinsecè in  
sibi simile, ut disponat res. Hæc ue-  
rò omnia perturbātur festinatio-  
ne, & ut certa mensura, ita quoquè  
certo tempore uolunt fieri. Noue-  
runt omnes quotquot Philosophi  
sunt, simias non catulire omni tem-  
pore, Quapropter, nullum pudeat  
hac in re simias imitari, imò natu-  
ram ipsam, & meminisci, aliud esse  
tempus concipiendi, aliud impre-  
gnandi, aliud parturiendi, aliud nu-  
triendi, aliud ad actiones animales  
ducendi, ut tādem cum longo tem-  
pore fœtus cōsuescat operari. Fac  
ea de causa cùm sis incopturus o-  
pus nostrū, benē ut intelligas, quis  
sit sp̄ritus mundi, cuius beneficio  
quintam tuam essentiam compo-  
nere intendis: Nam is sp̄ritus, ne-  
cessariò requiritur, ueluti medium  
ad omne opus, quod mirificos &

excelsos debet præstare effectus,  
eoq; cognito, peruenies frugaliter  
ad finē: si non, nisi successione tem-  
poris ipso cooperāte operatus fue-  
ris. Notandumq; (quod fermè præ-  
terieram) cùm ita aqua fuerit fixa-  
ta, debere & illa immisceri cum u-  
na parte sui aëris & sublimari, to-  
tiusque esse repetenda omnia, do-  
nec figantur deorsum: Tunc sit  
per diem & noctem ignis fortis, al-  
tera die & nocte fortior, tertius  
uigintiquatuor horis fortissimus,  
ceu in liquefiendis metallis Vulca-  
ni uis exeretur, Sicq; erit fixio aë-  
ris, aquæ & terræ.

*Caput decimumquintum.*

**H**uius massæ lucidissimæ, quā  
in fundo reperies, recipere dra-  
chmam, contere, ultimoq; incera,  
injiciōdo super ipsam guttatum de  
suo aëre albo iam dicto (sit in cru-  
cibulo & leui igne posita) donec  
sine

sine aliquo fumo, fundi possit sicut  
ti cera: quod percipies, si super la-  
minam ignitam se resoluat, & citis  
simè fluat quemadmodū cera, nul-  
lum tamen fumum emittens (Hæc  
est Philosophorum certissima re-  
gula, qua experientur, num fixatæ  
sunt eorum species: utpote, si per  
sublimationes mundissimam terræ  
partem fixauerint, residuam non  
fixatam, fixæ addunt donec & hæc  
similiter figatur, & hæc laminæ igni-  
tæ superponunt, diligenterq; ob-  
seruant, utrū fluat absq; fumo, Sed  
si percipiāt materiā difficulter fun-  
di, insuper aliquid sumi in se conti-  
nere, tunç sublimationes, ita ut do-  
cuimus ordine repetunt, quo usq;  
satis fixata sese ostendat.) Tum ade-  
ptus es Elixeir absolutissimum, ue-  
rè cōuertens & efficiens omne cor-  
pus dīminutū, in infinitum Solem  
& Lunam. In infinitum dicimus,  
quoniam si una huius pars fuerit

projecta supra mille partes Mercurij sale & aceto abluti, mutabit eas omnes in lunam meliorem, quam sit luna de minera. Eodem modo uti de luna dictum est, facit & Eliseus ad aurum, nisi quod loco limaturae argenti, accipiendo aurum limatum, & humiditatis Mercurij albi, aqua rubea, &c.

*Caput decimumsextum.*

**S**Æpius in antecedentibus fecimus mentionem projectionis perfectissimi nostri lapidis supra corpora pura, &c. Quare putamus recte nos facere, si modum prouidendi non reseruauerimus, ut completam habeas artem, uerum cum gravissimus futurus foret labor, si quis mille milliū partes conaretur quasi semel unoq[ue] momento fundere, in hunc modum arbitramur fusionem commodiorem fieri posse. Accipe in nomine Domini cētum partes

partes Mercurij sale & aceto abluti, quas impone in uas fusionis auri fabrorum, quod consueuere ad pellare crucibulum, hoc locando in igne, & cum argētum uiuum feruerre incipiat (id cognoscendum ex fumo, quem emitter dum incaluerit) unam partem tui Elixeris supra hoc feruidum argentum, mittete, tuncq; id totum fiet medicina una & bona. Deinde iterum proiece istius congelatæ medicinæ partem unam, supra alias & nouas centum partes Mercurij sale & aceto mundati, & in igni calefacti, fietq; denuò medicina perfectissima. Cuius una pars ultimæ medicinæ congelatæ, super centum partes Mercurij abluti & calefacti (ut dictum est) proiecta, conuertet omnes in aurum uel argētum, excedens omnina iudicia. Ibi nunc audis quomodo lateat Rosarius noster philosophicus, ferens rosas odoriferas, albas &

bas & rubeas, qui extractus magno labore ex abdytis & spinolis spe luncis, uisceribusq; terræ est. En tibi nunc deas tres à dījs ad coniūum inuitatas, quarum altera potens est argenti, alia auri, tercia medicinæ, hoc est sanitatis. Quām prudens & simplex tertiam p̄æ cæteris prudentia selegerat, Paris in quām ille pastor bonus, qui Veneris dona, id est corpus optimè proportionatum p̄æ summis delicijs diuitijsq; reliquis (quamuis & nec cætera fuerit aspernatus) mallebat habere. Habet hoc nostrum Elixeir praeter commutandi metallâ virtutem admirandam, sanare paralysim, morpheam, elephatiāsim, & conseruare sanitatem, Melancholiām p̄æternaturalem expelle re, uenenū ejcere, sanguinē mundare, arterias humectare, quartanā, hydropem & podagram curare, cui certè medicinæ omnes mundi diuitiæ


diuitiæ nequeūt comparari. Laus,  
honos & gloria in seculorum secu-  
lis Domino omnipotenti Deo no-  
stro, qui paruulis largitur diuitias  
& sapientiam, per unicum  
redemptorem nostrum  
Iesum Christum.


RO SARII  
FINIS,

BASILEÆ, PER  
GABRIELEM RINGY-  
SEN, ANNO

1559.







5827-29.

